

961.

Doubl.

74.

I. 4^o. 40^o.

(car. 1,56^a)



L. D. B. V.
EXERCITATIO JURIDICA
DE

JURE STATUARUM
MERCURIALIUM

^{AC}
COLUMNARUM MILLIARIUM

Vom Recht

Der
Kost = und Mege = Säulen

QVAM

CONSENTIENTE
MAGNIFICO JURISCONSULTORVM ORDINE
IN ACADEMIA VITENBERGENSI
PRAESIDE

DIETER. HERM. KEMMERICHIO

J. V. D. JURIS NATURÆ ET GENTIUM PROFESSORE
PVBLICO ORDINARIO, ET COLLEG. JURID.
ASSESSORE

PATRONO SVO OBSERVANTISSIME COLENDO

AD D. JANVAR. clō Icc cxxiii.

IN AUDITORIO JURIDICO

PVBLICO ERVDITORVM SVBMITTET EXAMINI

AVCTOR RESPONSVRVS

CAROLVS CHRISTIANVS SCHRAMMIVS
DRESENA - MISNIC.

WITTENBERGAE, LITERIS VIDUAE GERDESIAE.

EXERCITATIO IURIDICA

JURIS STATUTARUM
MERCURIALIUM

COLUMNARUM MILLIARUM

ALEXANDRO
DE

MAGNifico IURIS VICE-RECTORI
CONSISTENTE



D. HERRMANN KEMMERLICH

I. D. IURIS NATURAE ET GENITIVAE PROFESSOR
PUBLICO ORDINARIO ET COLLEGI IURIDICI

IN SAECULUM

AD DOMINUM ANASTASII

DOMINO DE PAVLO



PER - ILLVSTRI
ATQVE
EXCELLENTISSIMO DOMINO
DOMINO
LVDOVICO
ALEXANDRO
DE
SEEBACH
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI
POLONIARVM REGIS
ET
PRINCIPIS ELECTORIS SAXONÆ
MINISTRO STATVS
NEC NON
IN SANCTIORI SENATV
CONSILIARIO INTIMO,
DOMINO HÆREDITARIO
IN GROSS - ET KLEIN - FAHNERN NEC NON GIERSTÆDT
ETC. ETC.
DOMINO AC PATRONO SVO
INDVLGENTISSIMO

IN
SVBJECTISSIMI OBSEQVII TESSERAM
SVBMISSISSIMAMQVE STVDIORVM SVORVM
COMMENDATIONEM
HOC QVALECVNQVE
TENVI MINERVA, STERILIQVE VENA
ELABORATVM OFFERT SCHEDIASMA
ET
VITAM LONGÆVAM
CVM PERPETVA FELICITATE CONJVNCTAM
EX ANIMO APPRECATVS
VETERVM QVIRITIVM FORMVLA
EIVSDEM
TVTELÆ AC PATROCINIO
SE TOTVM CONSECRAT
EXCELLENTISSIMI NOMINIS
SEEBACHIANI

Cultor devotissimus

CAROLVS CHRISTIANVS SCHRAMMIVS.

NOBILISSIMO DOMINO RESPONDENTI

DN.
CAROLO CHRISTIANO
SCHRAMMIO

S. P. D.
PRÆSES.

Quando primum nunc Cathedram
mecum conscendis Juridicam,
OPTIME SCHRAMMI, Exerci-
tationem de Jure Statuarum Mercuria-
lium Columnarumve Milliarium publi-
co examini, ac judicio eruditorum, sub-
missurus, specimen edis & industriæ, & e-
ruditionis tuæ, luculentissimum. Elegisti
Tibi argumentum satis elegans, & ad sco-
pum, quem intendis, in præmio exposi-
tum, maxime accommodatum. Ita autem
in congerendis digerendisque rebus, ad
istud illustrandum facientibus, versatus es,
ut & ingenium tuum, & operam, vehemen-
ter mihi probaris, & licet nonnullum, non
tamen

X



tamen adeo magnum, in iisdem perpoli-
endis ac emendandis, mihi laborem reli-
queris. Gratulor Tibi de præclaris cona-
tibus, ac laudatissimis, quos in vario stu-
diorum genere fecisti, progressibus, qui-
bus multos alios commilitonum tuorum
præcurris, longoque post te intervallo re-
linquis. Gratulor quoque *PRÆNOBILIS-*
SIMO atque *FURISCONSULTISSIMO PA-*
RENTI Tuo, *SPLENDIDISSIMÆ*que
FAMILIÆ, de filio, qui indefesso studio
ad solidæ eruditionis laudem contendit,
ac non solum ob diligentiam, sed & morum
probitatem ac elegantiam, Academiæ
nostræ in pretio, Doctoribusque suis in de-
liciiis est. Adspiret *DEUS* clementissime
cœptis tuis, atque cursum studiorum ita
dirigat, ut stadia tua feliciter emetiare, at-
que citatis gressibus, & ex voto, ad metam
pertingas! Vale. Dabam Vitembergæ
d. 28. Jan. A. 1723.

PER - ILLVSTRIS
EXCELLENTISSIMEQVE
DOMINE

DOMINE AC PATRONE INDVLGENTISSIME. &c.

Quo ea, quæ mihi propofui, eo felicius
emetiri possem ftadia; præfentem, de
STATVIS MERCVRIALIBVS,
feu potius MILLIARIBVS, in lucem prodi-

) 3

re

re volui, disceptationem. Non demorſos
quidem ea ſapit unguēs, magis vero novi-
tate jucunditateque ſe commendat. Audaciā
vero temeritatiſve notam, vix ac ne vix
quidem effugere poſſe arbitror, dum exilem
ingenii mei conatum, TVO, EXCELLEN-
TISSIME DOMINE, conſpectui exponere
ſuſtineo. Dubitantem tamen inque Hercu-
leo quaſi conſtitutum bivio, ſingularis ille
erigit amor, quo non ſolum IPSE, PERIL-
LUSTRIS DOMINE, præſtantiora litera-
rum ſtudia, arduis licet negotiis diſtentus,
proſequi, verum etiam humanitatis ſcientia-
rumque cultores dignari ſoles: Timorem hinc
inde, qui a cepto me deterrere poterat pro-
poſito, prorfus abjicio, certa ſpe fretus, fore,
ut hæc, comta licet minus ſint atque polita,
ſereno tamen vultu excipere, meisque ſtu-
diis & fortunæ clementer favere haud dedi-
gneris. Nihil auribus do, MÆCENAS
OPTIME, neque laudando TVAM aucupa-
ri gratiam animus eſt, cum egregias TVAS
laudes

laudes exiguo hoc Scripturæ genere pereen-
fere, in me nequaquam recipiam. Nullius
enim tantum est ingenii flumen, nulla do-
cendi & scribendi tanta vis tantaque copia,
quæ, non dicam exornare, sed enarrare,
NOMINIS TVI possit gloriam; Saltem, in
augusto famæ propylæo **TANTI** jamdu-
dum suspensam esse **NOMINIS** memoriam,
diffiteri nequeo, quoniam omnes non modo
Juris custodem, sed Musarum quoque præ-
sidium, æqvitatæ officinam, supplicantium-
que aram in uno hoc **NOMINE**, venera-
bundi conspiciunt. Causam hinc itaque,
cur **ILLVSTRE TVVM, DOMINE IN-**
DVLGENTISSIME, NOMEN in frontispi-
cio hujus Dissertationis legi, atque libamen
hocce chartaceum ad aram deferri **TVAM**
voluerim, eam, quod devotæ mentis sub-
missique erga **TE** cultus, monumentum ali-
quod extare deberet, primariam duco. Re-
liquum quod est, Summum, cuncta quod
moderatur, Numen ardentissimis efflagito
precipi-

precibus, velit TE, PERILLVSTRIS DO-
MINE, in egregium *Saxoniae Nostrae* orna-
mentum, florentem integrumque praestare;
Servet summus ille rerum moderator, excel-
sas animi corporisque dotes, avertat prae-
potenti sua dextra omnem novercantis fortu-
nae furorem, vitaeque cursum, non nisi Ne-
storeos post annos, duratura aeternum gloria
coronet! Me vero TVIS, PATRONE MA-
XIME, Clientibus, quoad vita suppetet, ad-
scribi benignissime patiaris.

Scribebam Vitembergae d.

Jan. 1723.

PROOE-





PROOEMIUM.

STATVAS exhibeo MERCURIALES, COLVMNASque MILLIARES, illustria olim Orbis Romani Græcique monumenta, atque nunc Saxonicarum quoque Provinciarum egregia ornamenta. Neque vero antiquas tantum de his Statuis Columnisve fabulas narro aut historias, sed & præsentia intueor, & quid Juris de hujusmodi Statuis ac Lapidibus hodie sit statuendum, edisserere annitor. Argumentum, quod saltem novitate & dignitate, si non rerum copia & elaborationis elegantia, sese commendabit. Certe ex instituto istud a nemine, quod sciam, ita, uti hic factum, pertractatum est: licet nonnulli forte in assinibus materiis occupati, leviter illud perstrinxerint, vel sparsim quaedam eodem spectantia congesserint. Et licet non dubitem, fore plerosque, qui hoc genus Scripturæ inutile, nec satis ad panem lucrandum idoneum judicent; præsertim cum fortassis usque adhuc vix

A

quæ-

questio, aut his ulla, de Statuis Mercurialibus, aut Lapidibus milliaribus, mota, in foro sese illis obtulerit: attamen a proposito non dimoveor. Suffecerit mihi, & industriæ Academicæ Specimen edidisse, & simul devotissimæ mentis, qua curas AVGVSTISSIMI PATRIÆ nostræ PATRIS, Saluti Patriæ perpetuo invigilantis, & positis per universam Saxoniam, Terrasque eidem innexas, Statuis Mercurialibus, novis viarum luminibus, & quasi totidem Pharis, eam illustrantis, veneror, monumentum quoddam hac Exercitatione posuisse. Faxit DEVS feliciter!


SECTIO I
DE
STATVARVM, MERCVRIALIVM
AC
COLVMNARVM MILLIARIVM
ORIGINE.

ΣΥΝΟΛΙΟΝ.

- | | |
|--|--|
| <p>§. I. Etymologia Statuarum Mercurialium.</p> <p>§. II. Definitio.</p> <p>§. III. Origo a Græcis potius ac Romanis, quam Hebræis, repetenda.</p> <p>§. IV. Græci ubinam Statuas Mercuriales posuerint? In oîis publicis indrimis positas fuisse, non apud Græcos solum sed etiam Romanos.</p> <p>§. V. Materia earundem & Formæ Figuræ Itemque Inscriptiones.</p> <p>§. VI. Acerui Mercuriales quid?</p> <p>§. VII. Horum Origo.</p> | <p>§. VIII. Columnæ Milliares, Romanorum inventam.</p> <p>§. IX. Materia earum & Forma, nec non Inscriptiones.</p> <p>§. X. Milliarium Aureum quid?</p> <p>§. XI. Origo Statuarum Mercurialium ac Columnarum Milliarium in Germania.</p> <p>§. XII. Cumprimis in Saxonia Electorali: Regii ac egregii Instituti elo-gium.</p> <p>§. XIII. Ordines, Figura Ornamenta, & Inscriptiones Columnarum Saxonicarum.</p> |
|--|--|

§ I.

§. I.



STATUÆ five a *stando*, (a) five a *statuendo*, (b) five a *statu immobili* (c) nomen traxerint, nobis quidem perinde erit, quippe qui non verborum, sed rerum, agimus interpretes: MERCURIALES (d) vero a MERCURIO, Gentilium Deastro, cui dicatae erant, cognominari haud difficile est rerum gnaris ad intelligendum. Eadem Statuæ, ex ejusdem MERCURII nomine, Græcis, ἑρμῶν, Latinis HERMÆ salutatae sunt, quod, quem Latini *Mercurium*, quasi *Medicurrum* i. e. Nuncium aut Nunciorum Deum, appellarint, (e) Græci ἑρμῆν, ἀπὸ τῆς ἑρμηνεύειν, quod est interpretari, quasi Deorum nuncium ac interpretem, salutarunt. (f)

Etymologia Statuarum Mercurialium.

A 2

§. II.

§. I. (a) Quod placet JO. JAC. HOFEMANNO in *Lexico univers.* voc. *Statua*.

(b) Ut censet BECMANNVS *Orig. lingv.* p. m. 797.

(c) Uti videtur L. COELIO RHODIGINO *Lection. Antiqu.* lib. XXIX. c. 24. p. m. 1653.

(d) Vox, quam apud JUVENALEM *Satyr.* III. v. 53. legas: ubi, Vos, inquit, *estis MERCVRIALIBVS* simillimi STATVIS; a *statuis* enim nihil differtis.

(e) Variæ Mercurii nominis derivationes afferuntur: ARNOBIVS adv. *Gentes* L. 3. AVGVSTIN. de *Civitat. Dei* L. VII. Cap. 14. p. 421.

GERH. JOH. VOSSIVS *Etymol. lat. lingv.* p. 318. aliique dictum putant a *medio* et *curro*, ut MERCVRIVS sit quasi *medius inter duos currens*. Alii contra, uti FVLGENTIVS de *Sacrif. gent.* f. 28. VZELIVS ad *Minuc.* p. 118. FESTVS ex *prolog. Amph. Plaut.* a *mercium cura* appellatum existimant.

(f) Vid. JOH. ARBOREVS in *Comment. ad Proverb.* ap. SAGITTAR. de *Fanis veter.* cap. XXXIV. §. 23. add. JOH. NICOLAI Tr. de *Mercur. et Herm.* cap. I. §. 2. seqq. ubi, ab aliis ἀπὸ τῆς ἑρμῆς *annuncio*, ab aliis ἀπὸ τῆς ἑρμῆς *dicō*, vocem derivari notat. Neque aliena est Ob.

§. II.

Definitio.

Nobis hoc loco STATUARUM MERCURIALIUM atque COLUMNARUM MILLIARIUM nomine veniunt *Columnæ, in viis publicis erectæ, viarum, intervallorumque locorum, indices.* Quales uti Romanis *Lapides* quoque audiebant, (a) quemadmodum deinceps demonstrabitur: ita a Milliaribus, quæ designabant, *Milliarü* (b) cognomento insigniri haud incommode videntur.

§. III.

Origo a
Græcis potius ac Romanis, quam Hebræis repetenda.

Prima Statuarum Mercurialium origo Gentilium religioni dicam, an superstitioni? deberi videtur. Negari quidem nequit, apud *Hebræos* jam nonnulla Statuarum hujusmodi in viis positarum, vestigia reperiri: Attamen eorum, quæ indubitato Hebræicæ originis fuerunt, specialis fuit ratio, dum eum in finem tantum collocatæ feruntur, ut ad Civitates fugienti homicidii reo vias monstrarent: (a) An vero universale apud eos fuerit Columnarum, vias indicantium, institutum, neutiquam certo constat (b). Saltem his, quas modo

memo-

Observatio, PAVLVM Apostolum, Act. XIV. 12. a Lystrænsibus ἐπέμην, *Mercurium*, esse vocatum; quod is esset ὁ ἡγούμενος τῶ λόγῳ, *Dux sermonis.*

II. (a) Qui et a PLVTARCHO in vita Gracchi per κίονας λιθίνες, *στήμεια τῶ μέτρος, columnas lapideas, spatium (milliarium) designantes,* describuntur.

(b) Conf. JO. JAC. SPEIDEL, in *Specul. var. Jurid. &c. Observ. lit. M.* num. 70. ab init. atque in *Addit. verb. Insiper tritum est.*

III. (a) Scilicet viæ, quæ ad Civitates Refugii ducebant, non solum autoritate Synedrîi probe complanatæ ac præparatæ erant, ne profugus homicida impediretur; Sed et in omni bivio aut trivio STIPES erectis fuit, cui inscriptum מקרט מקרט, REFUGIVM, REFUGIVM, ne fugiens a via aberraret; ut ex MAIMONIDE observat JOH. NICOLAI in Tr. laudato c. XII. §. 7.

(b) Memorabilis quidem locus est

memoravimus, nihil cum Hermete s. Mercurio fuisse commercii, manifestum est. Igitur Hermarum sive Mercurialium Statuarum origines apud *Græcos* (c) potissimum, itemque *Romanos*, quærendæ sunt. Scilicet ex veterum monumentis constat, in more positum fuisse hîscæ Gentibus, MERCURIO (d), velut commerciorum

A 3

ac

est JEREMIAË cap. XXXI. v. II. ubi DEVS: *Statue tibi HERMAS, dispone tibi Pyramides, adhibe animum tuum ad istum aggerem, qua via ivisti: revertere virgo Israelis, revertere ad Civitates tuas istas.*

Certe vocem Ⲙⲏⲛⲓ, quam *Hermas* veterunt JUNIUS et TREMELLIUS, iidem *statuas*, et *signa iter commonstrantia*, interpretantur, atque, allegoricam docendi rationem esse, tradunt, qua DEVS Ecclesiam, a se velut peregrinantem, monet, ut, *indicia et documenta ipsius animo observans, ipsum sequatur, liberationem præsteturum, tanquam cippis, dædalis, et aliis viarum monumentis positis.* Nondum tamen certo inde colligi posse videtur, an in terris quoque *Hebraeorum* universim huiusmodi statuarum positæ fuerint, et annon potius ad instituta aliarum Gentium, spectiat *Hermas* Græcorum, tunc forte jam cognitos, hîc alludatur, uti ad *Pyramides Egyptiorum* respici videtur.

(c) Primum apud *Græcos* erectas fuisse *Hermas*, *Halicarnass.* affirmat, in *Euterpe* lib. II. fol. 53. *Græcis* vero primi *Athenienses* a *Pelagis*, qui in regione ipsorum

permixti habitabant, edocti, *Statuas Mercuriales* factitarunt, vid. JOH. NICOLAI Tr. de *Mercurio* et *Hermis* cap. 5.

(d) MERCVRII venerandum jam olim fuisse nomen, et non ab *Ægyptiis* tantum cultum, sed consensu plurimarum gentium, Phœnicum præcipue, Græcorum, Romanorum, Germanorum, in *Deorum* numerum relatum fuisse, a viris doctis observatum est, vid. HERM. CONRING de *Hermes. Egypte.* L. 1. c. 1. WAGENSEIL in *Catal. Imper.* p. 29. nelle opere scelte p. 310. inquit: *Ricordino, qual mente Mercurio Dio dell'Eloquenza era honorato de gli antichi sopra mucchi di pietre.* QVINQUE vero MERCVRIOS numerat CICERO de *Nat. Deor.* L. 3. inter quos celebratissimus fuit, quem ex *Jove* et *Maja*, *Atlantis* filia, prognatum ferunt: de quo extat lepidissimus *Dialogus Luciani*, quod a prima pueritia, imo infans adhuc in cunis jacens, furacissimus fuerit. Effingunt eundem *Juvenem* formosum, non tamen fucatum, sed nativa quadam virtutis specie, vultu hilari, scribis oculis, in basi quadrata, quæ stabi-

ac negotiorum moderatori, (e) artium auctori,
(f) ædium custodi, (g) limitum conservato,
ri-

bilitatis et firmitatis figura est. Assignavere ei in capite et pedibus alas, sive ut volitantem per aëra sermonem, sive celerem solis excursionem, sive Nuncii, universum orbem peragrantis, velocitatem significarent: item Caduceum, cui duo Dracones sint implicati, eo quod præconis munere fungatur, et pacis auctor habeatur. Multa quoque munia MERCVRIO tribuerunt: Crediderunt eum Deum Sermonis, unde et internuncius Deorum est æstimatus, Mercatorum etiam Deus fuit, ut puta, qui pondera, et mensuras, et quæstum ex mercatura facere, Diodoro teste, instituerit. Literas, Musicam, Palestram, Geometriam &c. invenisse dicitur, auctore JVLIO FIRMI-
CO, HOMERI Enarratore. vid. HIERONIMI ALEANDRI *Tabule Heliacæ Explicatio* ap. GRÆV. *Theſ. Antiq. Rom. Vol. V. p. 717. seqq.* sub Tit. Mercurius Sol. ROSIN. *Antiq. Rom. L. II. c. 9.* JOH. NICOL. de Mercurio et Herminis cap. I. §. 6. et cap. 3. et 4. SAM. PITISCI *Lexic. Antiquit. Roman.* sub voce, Mercurius.

(e) Vid. *Vetus Glossograph.* in A. PERS. *Satyr. 5. v. 12.* Ipsum Deum lucri dicunt, unde et cum facello pingitur, et a negotiatoribus plurimum colitur. FEST. POMP. lib. II. Mercurius a mercibus est dictus, hunc enim Negotiorum omni-

um existimabant esse DEVM. FVLGENT. *Mythol. lib. I.* Mercurium dici voluerunt, quasi Mercurium Curam, cui pennata assignantur salaria, quod Negotiantium pedes ubique pergendo quasi pennati sint.

(f) De quo GALENVS Pergamenus in *Suasoria* (si libellus est legitimus) Mercurium, inquit, ut orationis parentem & artium omnium auctorem, in aliam effigiem quam Fortune assignerunt, tum Pictores, tum Plasta. ROSIN. I. c. p. 126. Hinc Mercurio et Minervæ communis ara erigebatur, imo et utrumque Numen in eadem statua colebatur, quæ ob id *Hermæthena* dicta, ac si dicas Mercurio-Minervam. Qualem in Academia sua Villa Tusculanæ posuit Cicero, ut cum hæc omnibus omnino Gymnasiis præset, ille eloquentiæ parens ac moderator doctrinæ esset, qui primus litteras mortales docuisset, ut notat TVRNEB. lib. VIII. *Adversar. c. 14. conf. DEM- PSTER. ad ROSIN. p. 128.* HIERON. ALEAND. I. c. p. 720.

(g) Ita ARISTOPHANES:

Παρα τὴν θύραν σροφῶν ἰδεύσας
θε με. σροφῶν; ἀλλ. ἐκ ἐργόν
ἐς κδεν σροφῶν. Ad quæ Scholia-
stes: σροφῶν ἐπὶ ἀποτροπῇ τῶν
ἀλλων κλεπτῶν. I. e. ad avertendos
alios fures. Item: λέγεται δὲ ὁ
ἑμῆς σροφῶς, ἐπιπολέως, κεΦ-
δαῶς, δολίης, ηγεμόνος, ἐναγώνιος,
δικαο-

ri, (b) nunciorum praefidi, (i) et cumprimis Viarum duci (k) Deove tutelari, *Statuas* five *Hermas*, passim in publicis privatisve locis, intra & extra urbes, religionis vel ornamenti, vel etiam utilitatis cujusdam, aut commoditatis causa, erigere atque consecrare. (l)

§. IV.

Et *Graeci* quidem non solum in templis, sed & in privatarum aedium vestibulis, *Hermas* collocatos habebant. (a) Athenis magnus illorum apparatus circa *Porticum*, quam *Poecilem*, itemque *Mercuriale*m appellabant, *Græci ubi nam Statuas Mercuriales posuerint? In viis publicis*

διάνομος. i. e. Dicitur vero *Mercurius*, *Janitor*, *Negotiator*, *Lucrus*, *Dolosus*, *DUX VIAE*, *Certaminum Praeses*, *Minister*. Item: επανουσία δὲ τῆς Ἑρμῆς, παρὰ τὸ τὰς διόδους ἰδρύσθαι ἐπὶ θυλακῆν τῶν οἰκῶν κλεπτῶν. i. e. Est autem hoc cognomen *Mercurii*, qui praeforibus ponebatur, ad aliorum furum custodiam. conf. SAGITTAR. de Janis vet. cap. 34. §. 7. p. m. 241. 242.

(b) Vid. LACTANT. de Fals. Relig. lib. 1. c. 20. Huic ergo (*Mercurio*) publice supplicatur, quasi *Custodi* finium, qui non tantum lapis, sed etiam stipes interdum est.

(i) Vid. PLAVT. in Proleg. Amph. Nunciis praesum, et lucro.

(k) Hinc *Græcis* ὄδιος, ἐνδιδίος ὄδρυος, ἡγεμόνος, *DEVS* vialis, five *Viacus*, viam monstrans, in via se offerens, bonum faustumque iter praestans, *Dux viae*, viarum Praeses appellatus, vid. LIPS. Epist.

Cent. V. Ep. 5. JOH. NICOL. l. c. §. 4. conf. infra Not. (n)

(l) vid. HERODOT. lib. 2. p. 123. ibi: τῆς δὲ ἑμῆς τὰ ἀγάλματα ὁμοῖα ἔρχεν τὰ αἰδία παρῆντες. i. e. Ut *MERCURII* *STATVAS* facerent porrecto cum veretro, XENOPHON lib. de Magistr. Equit. ibi: ἀρχαίμενοι ἀπὸ τῶν ἑρμῶν etc. Incipientes a *Mercuriis* *Statuis*, undique in honorem *Deorum* cum ipso foro, fasis, ac *Statuis* circumquiritent.

IV. (a) Vid. THUCYDID. lib. VI. Εἰσι κατὰ τὸ ἐπιχρῶσιον ἡ τετραγώνος ἑγγασία, ποδοὶ καὶ ἐν ἰδίῳις πεδύραις, καὶ ἐν ἰσοῖς i. e. Sunt *Hermes* ex domestica consuetudine opus quadratum, et ii per multi, tam in privatarum aedium vestibulis, quam in templis. BELLAN. Var. Hist. lib. II. cap. 41. Et coronam sumens (*Xenocrates* Chalcedonius) cum a coena revertetur, *Mercurio*, qui stabat ante fores

in primis
positas fu-
isse non a-
pud Græcos
solum, sed
etiam Ro-
manos.

bant, dispositus erat. (b) In omnibus præterea Græcorum Gymnasia frequentes ejusmodi Statuæ cernebantur, (c) imo & monumenta iisdem exornari solebant (d). Cum primis in compitis Civitatum ac viis publicis, in biviiis, triviiis, quadriviiis, Statuas Mercuriales erigere & Græcis & Romanis solenne erat: Sive ut indicio essent viatoribus, quorsum via duceret; sive quod viarum securitati viatorumque saluti rectissime hoc pacto se consulere crederent, Deorum scil. Tutelarium simulacra juxta vias statuendo. (e)

§. V.

fores, eam imposuit. Scholiastes ad JUVENAL. Satyr. VIII. v. 50. *Hermas Athenienses ante januas pro religione positos habuere.*

(b) Ita MENEGRATES, sive CALLISTRATES, in opere de Atheniensibus, apud SVIDAM in dictionibus *γλοχίας* et *Ἑρμῆν*; A Poecile usque ad regiam sunt Statuæ, quæ Herma dicuntur: unde locus id nomen accepit; quod multe ibi et a privatis, et a magistratibus dicatae essent. It. PLUTARCH. p. 482. *Magnus eis Populus habuit honores, tribus statuæ lapideis in Porticu Mercuriali.*

(c) Quod testatur HOMERI ENARRATOR ab ALEANDRO I. supr. cit. ap. GREV. p. 720. excitatus, cum ait: *Mercurius Jovis ac Maje Atlantiadis filius, dum inter homines ageret, quatuor potissimum invenit, Litteras, Musicam, Palastram et Geometriam: propter*

ea illum Græci quadratum effingunt, et in Gymnasia dedicant. Et CICERO ad ATTIC. L. I. Ep. 3. verb. *Quod ad me de Hermathena scribis, permibi gratum est, & ornamentum Academicæ proprium meæ, quod & Hermes commune omnium, & Minerva singulare est ejus Gymnasia.*

(d) CIC. de LL. lib. II. ubi de Sepulchro loquitur: *Neque id opere tectorio exornari, nec Hermas eos, quos vocant, licebat imponi.* PAVSANIAS L. VIII. p. 464. *juxta Sepulchrum erectus est Mercurius e lapide figura quadrangula.*

(e) SVIDAS in *Ἑρμῆν*. *Primitiæ ad Statuas Mercuriales in viis collocabantur, quas viatores ederent.* HELIODOR. *Hist. Æthiop.* L. V. p. 211. *Templis aut Statuis insignibus, Hermisque aut lapidibus in triviiis.* ALEAND. in *Tab. Heliac. Explic.* ap. GRÆV. Tom. V. p. 722. ubi verba PHURNTI.

ἰδούτω;

§. V.

Materia Statuarum Mercurialium variabat pro facultatibus eorum, qui eas ponebant. Ut plurimum e Saxo, vel etiam ligno: (a) nonnullæ etiam ex ære, vel marmore (b) fabricatæ erant.

Forma, vel, si mavis, *Figura* earundem quadrata, sive quadrangularis erat: qui ritus Hermas formandi ab Atheni-

B

theni-

Materia earundem & Forma, sive Figura, itemque Inscriptio- nes.

Ἰδρωτα δὲ καὶ ἐν ταῖς ὁδοῖς, καὶ ἐνόδιος λαγεται, καὶ ηγεμόνιος, ὡς ἂν τῷ εἰς πᾶσαν πράξιν ηγεμόνι Χρηστάι, i. e. In viis collocatur, ac Vialis dicitur, & Dux, ut eo duce rebus in omnibus uterentur: Præsertim vero, addit ALEANDER, ἐν ταῖς ὁδοῖς ταῖς ἀδύλας, in viis ambiguis, ut ex Damasceno refert SVIDAS; h. e. in triviis & quadri- viis. Clarissimum quoque est testimonium GEORG. FLAV. BLONDI de Roma Triumph. L. II. p. 169. Stat in via MERCURIUS ex ære fulgens, & ITER Brundisium versus MONSTRAT. conf. SAGITTAR. de Jan. vet. c. XXXIV. §. 18 & JOH. NICOLAI Tr. de Mercur. & Herm. c. X. §. 8. PIT ISC. Lexic. Antiq. voce Mercurius ἐνόδιος.

V. (a) SVIDAS in Ἐπιτάφ.: Fuerunt Hermae Saxei, et in adium vestibulis, et in fanis. PLUTARCHUS in Cimonē Ἐπιτάφ. ἠδύνας, Mercurius lapideos, appellat. vid. ALEAND. in Tab. Heliac. Explic. ap. GRAEV. T. V. p. 724. ibique ULP. DEMOSTHENIS SCHOL. cujus verba infra sit, (d) leguntur, ibi: Ligna aut la-

pides. De ligno quoque testatur proverbium: Non ex quovis ligno fit Mercurius. Etenim, uti ERASMVVS in Adag. p. 55. ait: E certo ligno sculpebant Mercurii simulacrum, add. NICOL. l. c.

(b) · JUVENAL. Satyr. VIII. v. 5. Nil nisi Cecropides, truncoque similinus Hermae.

Nullo quippe alio vincis discrimine, quam quod

illi marmoreum caput est, tua vivit imago.

Ubi Scholiast. Hermae effigies aenea aut marmorea, sine manibus. De ære etiam testatur BLONDVS §. præc. in f. alleg. ibi: Mercurius ex ære fulgens. CICERO ad Attic. L. 1. Ep. 6. Hermae tui Pentelici, cum capitibus aeneis me admodum delectant. Hermae autem Pentelico SAGITTARIVS de Jan. Vet. c. XXXIV. §. 13. interpretatur statuas ex Marmore pentelico: quod ita dictum, vel quia quinque nigricantibus maculis, sive lineis, fuerit distinctum, auctore SVIDA; vel quod e Pentelico, monte Attico, ut refert Pausanias, excisum.

(c)

theniensibus ad alios quoque Græciæ populos derivatus est. (c) Carebant eadem manibus pedibusque, nec nisi humerotenus Mercurii faciem repræsentabant. (d) Unde *CYLLENIUS* dictus cenfetur *MERCURIUS*, quod *κῶλοι* vocati sunt aliqua corporis parte mutilati. (e) Imo & observari meretur, Mercurium non-

(c) *ARTEMIDORVS Onirocrit.*
L. II. C. 42. Ἐγὼς τετράγωνος &c.
Mercurius quadrangularis. PAUSANIAS in Messeniæcis; *Athenienses quadrangula figura Hermas fecere, et eam ab illis ceteri acceptam formam in Mercurii statuis usurparunt.* MACROB. L. I. Saturnal. cap. X. *Pleraque etiam simulacra Mercurii, statu quadrato figurantur, solo capite insignita.* LEONIDAS TARENT. *Anthol.* L. I. c. III. Epigr. ult.

Καὶ σὺ τετράγωνον μῦθος ὀβείμαδος, Ἑρμῆ.

Et tu, quadrata ovium custos, Majugena Mercurii.

Atque hæc figura differebat Mercurius a Fortuna, de qua ANDR. ALCIATVS Emblem. 98.

Ue Sphæra Fortuna, cubo sic insidet Hermes.

Rationem vero mysticam quadratæ figuræ, ex natura Solis desumptam, reddit MACROBIVS lib. I. Saturnal. cap. 19. Aliam, sive miram affert HOMERI ENARRATOR superius ad §. IV. not. (c) allegatus, quod quatuor maxima, *Litteras, Musicam, Pa-*

lustram et *Geometriam* invenit Mercurius. Alii alias rationes addunt, quas non moramur. add. NICOL. l. c. §. 10.

(d) *ULPIANVS* Rhetor Demosthenis Scholiast. in *Enarr. Orat. advers. Lept.* p. 590. ἕξλα, ἢ λίθοι τετράγωνοι ἦσαν ἔχοντες ὄψιν Ἑρμῆ ἐπιγράμματα. i. e. *Ligna, seu Lapides erant quadrati, Mercurii faciem desuper habentes, subter vero in corporis planicie Epigrammata.* MACROB. l. I. Saturnal. Cap. 10. *Pleraque etiam simulacra Mercurii statu quadrato figurantur, solo capite insignita.*

(e) *SERVIVS HONORAT.* ad lib. VIII. *Æneid.* v. 137. dum loquitur de *MERCVRIO*, filiisque *Chorici Arcadiæ Regis*, rationem hanc reddit: *Quam cum in monte dormientem invenissent, manus ei amputaverunt; unde et ipse Cyllenius, et mons dicitur: nam Greci κῶλοις aliqua mutilatos parte corporis dicunt: unde etiam Hermos vocamus quosdam stimulos (alii legunt stupulos, vel stipites) in modum signorum sine manibus.*

(f)

nunquam *bifrontem*, (f) sive *bicipitem*, *tricipitem*, *quadricipitem*, formatum fuisse, ita, ut quodque caput ad viam, quam monstrabat, conversum haberet, atque fingulis capitibus nomina viarum adscripta essent. (g) Athenienses aliquando Mercurii loco *Alcibiadis* caput trunco imposuerunt. (h) Exemtilia enim erant Hermarum capita, quæ subinde demi addique poterant. Solebant quoque interdum basi Hermarum, sive cubo, cui innitebatur Mercurii caput, varia *Elogia* sive *Epi-grammata* inscribi: quorum nonnulla exempli loco hic

B 2

sub-

(f) GREGOR. NAZIANZ. in Epist. ad Nimes. *Αμφιπρόσωπος Ἐγμῆς διγυλοφός οἷα πρόσω τὸ μὲν ἄλλο δ' ὀπίσθεν.* *Bifrons* & *Mercurius* dupliciter sculptus, quasi aliud ante sit, aliud retro.

(g) Mercurium *τρεκέφαλον* Athenis fuisse dedicatum a Procleide inque trivio constitutum, atque ita uti hic descriptus est, formatum VALESII testimonio, HARPOCRATIONIS et SVIDÆ in voce *τρεκέφαλος* autoritate subnixo, docet JOH. NICOLAI l. c. §. 9. p. m. 128. 129. Idem ex HESYCHIO observat, ARISTOPHANI *Ἐγμῆν τρεκέφαλον*, non secus ac *τετρακέφαλον* Mercurium sacratum *ἐν τῇ τριόδῳ τῇ κεραμικῇ*, in trivio Ceramico. Spectat quoque huc egregia Observatio ATHAN.

KIRCHERI *Oedip. Egypt. Tom. I. Syntagm. IV. cap. 22. p. 389.* qui, Scio, inquit, nonnunquam *tricipitem* Mercurium pingi solitam; unde de hominibus, vel vehementer ambiguis, quid aggredi debeant, vel valde vafriis adigium: *τρεκέφαλος Ἐγμῆς*, *Triceps* Mercurius; *cujus causam* puto, quia idem *Mercaturæ*, orationis et itineris numen habebatur: in singulis autem Capitibus, *Inscriptionem* habuit, quo duceret *hec via*, quo rursus alia.

(h) ARNOB. L. 6. cont. Gent. *Quis est enim, qui ignores, Athenienses illos Hermas Alcibiadis ad corporis similitudinem fabricatos.* conf. DEMPSTER ad ROSIN. L. II. c. 10. p. m. 128. SAGITTAR. de *Jan. Vet.* Cap. XXXIV. §. 12.

(i) Tale

subjicere placet: unum *AGAMEMNONI*, (i) reliqua
MERCURIO VIACO, (k) vel *NEGOCIATORI*,
 dicata. (l)

§. VI.

(i) Tale est apud HARPOCRATIONEM in *Ἑτυμῶν*.

- Ἄντ' ἐνεργησίας Ἀγαμέμνονα
 ἴδεναν Ἀχαιοί.

(k) Talis est Inscriptio, quæ in Hispania Zamoræ juxta prætorium, quod Confistorii ædes vocant, legitur, ex GRUTERO excerpta, a NIC. BERGIERO in Tr. de *Publ. et milit. J. R. viis* L. IV. ap. GRÆV. T. X. p. 225. B.

DEO MER

VIACO

M. ATILIUS

SILONIS F.

QVIR. SILO

EX VOTO.

Cui ob argumenti affinitatem adhuc addere liceat aliam, quæ in urbe Lingonum in altari conspicua ab eodem GRUTERO p. 54. talis exhibetur:

H. D.

IS. DEA.

BIVIS. TRIVIS. QVADRIVIS.

AUREL. VICTORINUS.

COS. GERM. SUPERIORIS.

V. S. L. M.

IMP. SE. SEVERO. AU-

EX. IT. ET.

MARCELLO. COS.

Obscura quidem, quæ & cruce[m] figit Criticis; ob voces tamen *Bivis*, *Trivis*, *Quadrivis*, ab hoc loco non prorsus aliena, quippe quibus designari videtur Dea, in viis, bivis, trivis, quadrivis, culta, conf. M. ZUER. BOXHORN, Quæst. Rom. XII.

(l) Hujusmodi est illud Saxo, Metis A. MDXCIX. reperto, insculptum, teste JOH. PHIL. THOMASIN in Lib. de *Donar. ac Tabell. votiv.* C. 24. ap. GRÆV. T. XII. p. 841.

MERCURIO NEGOCIATORI

SACRUM

NUMISIUS ALBINUS

EX VOTO.

Et aliud in Saxo apud Jfaram flumen in Bojaria, notante eodem THOMAS. l. c. p. 842.

DEO MERCURIO

FORTUNÆ

REDUCI SACRUM

AUR. MARCELLUS

DECIALI. FIL.

(a) De.

§. VI.

Ubi Hermae nulli in viis positi erant, 'Lapides a privatis coacervari siveverunt, qui vicem eorum & usum supplerent. (a) Quales Acervi cum in honorem MERCURII itidem erigerentur, atque lapidibus subinde adjectis a prætereuntibus sollicitè ac religiose auferentur : ab eodem Deastro nomen adepti, ac Ἐρμῶνιοι λόφοι Mercuriales, acervi, itemque Mercurii, vel Hermae, appellati sunt.

Acervi
Mercuriales
quid ?

§. VII.

Unde mos iste proflexerit, incertum, dum alii alias ejus causas memorant. (a) Non videtur a veritate alienum

Horum
Origo ?

B 3

num

VI. (a) Delineati cernuntur tales acervi lapidum in Tabula Heliaca marmorea, Romæ in ædibus Marchionis Jovis extantes, ab HIERON. ALEANDRO explicata, apud GRÆV. Antiqu. Rom. Tom. V. p. 703.

VII. (a) Sunt qui ad fabulam originem referunt: quod, cum in conspectu Deorum MERCURIUS, ob Argi necem, a Junone esset accusatus, ibi omnes quidem Dii, in honorem Jovis, MERCURIUM absolverint, sed omnes calculos pro singulari celestis fori ritu ad pedes ejus coacervarint; unde inter homines quoque, in Mercurii honorem lapides coacervate, in morem abierit. DIDYMUS ad Odyss. Ὄθεν καὶ τὰς ἀνθρώπων ἀρχὴν τῶν νῦν εἰς τιμὴν Ἑρμῆ κατὰ τὰς ἀρχαί, διὰ τὸ τὸν Θεὸν εἶναι τὸν καθ' ἡγεμόνα, καὶ τρόπον τῶν ἐκδικούντων, σωρὸς ποιεῖν λίθων, καὶ διάγοντας, προβάλλειν λίθους, καὶ τῆτες καλεῖν Ἑρμῆος λόφος.

Inde etiamnum in usu est, homines in Mercurii honorem, eo quod viarum sit præses, & ad morem Deorum, cum absolverentium, lapidum acervos viis publicis congerere, hos autem prætereuntes crebro jactu augere, & Ἐρμῆος λόφος i. e. ACERVOS MERCURIALES nuncupare.

Alii rationem inde arcessunt, quod MERCURIUS fuerit bonus Geometra, & limitum ponendorum rationem docuerit: Cum enim, ob annuam inundationem Nili, limites Ægyptiaci agri sæpius confusi occasionem litigandi præbuerint, eum quadratos lapides, Stühr oder Gräng Steine, quibus fines discernentur, posuisse, affirmant; inde in honorem & memoriam ipsius lapides cumulandi ritum enatum fuisse. Add. ATHANAS. KIRCHER. Oedip. Ægypt. Tom. I. Syntagm. IV. Cap. 22. f. 392. Plures origines & causas congerit PHOR- NUTUS de Nat. Deur. c. 16. προ- σωρῶν

num, *Statuarum Mercurialium* munere functos fuisse sacros huiusmodi lapidum cumulos, veluti Viarum indices, per intervalla *Milliari* forte aut *Stadio* respondentia, positi, qui vicem lingvæ, Mercurio sacratæ in via indicanda præstiterint: Cum enim consuetudo inolevisset, Hermas statuendi, ad viarum indicium, vel terminorum custodiam, id per sæpe rusticorum manu factum, qui falce pro scalpro usi sunt, atque rudem indigestamque molem Mercurii loco habuerunt. Forte nonnullis latis fuit, Saxa coacervasse, ac rotundum lapidem ad capitis similitudinem in fastigio adaptasse. Postea usu invalescente, cum sacri censerentur Mercurio huiusmodi Acervi, erigi quoque ad ipsius simulacra ceperunt (b) atque sic in honorem MERCURII, ceu

σωρεύοντες δὲ τὰς λίθους τοῖς Ἑρμαῖς &c. accumulant MERCURII lapides: quicunque enim illuc præterit, unum adjicit, sive tanquam utile quid faciens, quodque omnium communiter inserit, dum via purgatur, sive obtestans Mercurium, aut ut venerationem ipsi exhibeat, si nihil præterea habeat, quod ei offerat; sive uti Mercurii collocationem prætereuntibus faciat manifestiorem; aut innuat, ex modicis partibus Orationem constare.

(b) Sic λίθοι σωρευόμενοι εἰς τιμὴν τῆς Ἑρμῆς, Lapidés aggerati in honorem Mercurii, dicuntur a Scholiaste NICANDRI in Theriaca. In ANTYTÆ Epigrammate IV. Anthol. cumulus ipse ita loquens inducitur:

Ἰερὸν Ἑρμῆϊ μὲ παρὰσείκοντες ἐ-
χρῶν
λίθων τοῖς λίθων σωρὸν - - -
i. e. Sacram Mercurio me præter-
euntes fuderunt.

Homines lapidum congeriem.

HESYCHIVS; Ἑρμαῖος λόφος inquit, τὰς σωρὰς τῶν λίθων Ἑρμῆς τὰς ἐν ταῖς ὁδοῖς γινόμενας εἰς τιμὴν τῆς θεᾶς ἐνόδιος γὰρ. Mercurialis acervus significat cumulos lapidum Mercurii in viis coacervatos in ejus Dei honorem. Est eaim vialis. TZEZES in Chiliad, XII. Hist. 429. Ἑρμῆς ἐστὶ καὶ σωρὸς τῶν λίθων, Mercurius est acervus lapidum. CORNEL. SEVERVS in Ætina: - - - Qualis acervus
Exsilit imparibus jactis ex tempore
Saxis.

(c)

ceu *Dei vialis*, atque in grati animi monumentum, quod, Mercurio monstrante, viam rectam didicissent, a viatoribus crebri lapides adjecti fuerunt. (c) Ceterum satis antiquum oporteret esse institutum, si, quod nonnullis placet, in sacris Proverbiis ad istud alludi, satis evictum esset. (d) Saltem apud Indos etiam

(c) **SVIDAS** in Ἑρμῶν. *Aceroi lapidum Mercurio sacri in viis obscuris sive ambiguis.* **HOMERVS:** Ἡδὴ ὑπὲρ πόλιος, ὅθι δ' Ἑρμῆος λόφος ἐστίν. *Fam ad locum urbi inminentem, ubi Mercurialis est aceruus.* **EUSTATH.** ad **HOMER.** *Odyss.* *Alii Mercuriales communiter accipiunt tumulos, pro SIGNIS VIARUM, juxta aliquantam earum intercedentem.* **MILLARI** fortean aut stadio, respondentem **JOH. NICOLAI** Tr. de Mercur. c. 7. **Herm** cap. X. §. 4. p. 12. **LIPS.** Cent. V. Misc. *Epist.* §. ad **Eryc. Patean.** *Mercurius viarum praeses, et Graecis verbis, ὄδιος, ἐνὸδιος ὄδῳ in bivitis aut trivitis effingebatur, trunco habitus, et in lapidem rudem quadratum, quos *Hermas* Graeci vocabant. si signum erant, et indiciae viae; atque ubi non illi, moris, ut lapides aliquot coacerarentur, qui vicem eorum et usum supplerent. Itaque pauci illi coniecti aut dispositi augebantur pietate aut superstitione transeuntium.* conf. **ATH. KIRCHER.** l. c. p. 391. **MENOCH.** l. IV. c. III. qu. 8. p. 418. **UZELIVS** ad **MINUC. FELIC.** p. 13. **JOH. NICOL.** l. c. §. 3. p. 113. (d) **Cap. XXVI.** v. 8. ubi **Salomon:** *Sicut qui mittit lapidem* כִּי יִשְׁלַח אֶת הַאֶבֶן

*in Margema, ita qui tribuit inspicienti honorem. Vocem Margema a מַרְגֵּמָה deducunt i. e. lapidibus obruit. Atque ex hac voce Mercurii nomen natum existimant. Margema vero idem esse censent, quod Merckolis: de quo Hebraeorum adagium: Spargit lapidem in Merckolis. Cui consonant Glosse Talmudicae Tr. de Idololatria: Sunt gentes, quae colunt lapidum aceruum, quem Merckolis vocant. Cultus autem hujusmodi est: Quisquis venit, projicit lapidem in aceruum illum; sicut et ejusdem λασθολίας alii quoque Hebraeorum Doctores meminere; veluti **R. MALMONIDES** L. de Idolol. c. III. n. 2. **R. ELIESER** in *Thisbi*, **R. NAHUM** in *Lexic. Juris*, et **ISMAEL** in *Germanara*. Ut adeo sensus dicti Salomonei is emergeret: Qui stultum honore affecerit, perinde faciet ac si λασθολίας, seu aceruum Mercurii, lapidis jactu auget. Collata et stulto et aceruo beneficia: huic lapidis accessione, illi honores: neuter autem agnoscit, neuter gratum rependit animum. At alii rejiciunt hanc interpretationem, quod tanta antiquitatis non videatur Graecorum *Hermes* aut *Mercurius* Latinorum, ut Salomonis*

iam (e) & Arabes eandem consuetudinem lapides jaciendi olim obtinuisse, hodieque apud Muhamedanos, non quasi a Muhamede traditum, sed apud Saracenos reperiunt, in usu esse ferunt.

§. VIII.

Columnæ
Milliaries
Romano-
rum inven-
tum.

Hujus generis Statuis Lapidibusve vialibus, in Græcia enatis, aliud genus apud Romanos additum fuit: COLUMNÆ scilicet MILLIARES (a) per intervalla viarum publicarum positæ & milliariis designandis accommodatæ; quæ modo *Lapides* (b) simpliciter, modo

monis ævo jam religioso cultu matatus fuerit, vel saltem, cultum istum Israelitis ita jam tum innotuisse, probabile sit, ut Salomon illuc, tanquam ad rem omnibus notam, respexerit. conf. DIONYS. VOSSIVS in *Not. ad Maimon. SELDEN. de Dis. Syr. Syntagm. II. c. 15. LIPS. I. c. SA. GITTAR. de Fan. Vet. Cap. XXXIV. §. 20. seqq. JOH. NICOL. I. c. Cap. XI. §. 2. 4.*

(e) VINCENT. BELLOVAC. *Specul. Hist. lib. 24. Duarum India gentium, quæ vocantur Zesian et Alborachuma, antiqua consuetudo fuit, nudos et decalcatos magnisque ululatibus personantes, simulacra Demonum circumire, angulos quoque osculari, et projicere lapides in æræum, qui quasi pro honore Diis extruebatur. conf. CASP. BARTH. XIX. Adversar. 5. VOSS. de Idololat. L. II. C. 33. p. 475. NICOL. I. c. Cap. X. §. 4. Cap. XI. §. 3.*

VIII. (a) Vid. SAM. PITISCI *Lexic. Antiquit. Rom. voc. Columna Milliaria.*

(b) LIV. L. V. c. 49. *Justiore altero deinde prælio ad octavum lapidem Gabina via vincuntur. Imo ipsum Milliare, quod hujusmodi lapideis columnis signabatur, passim a Scriptoribus Lapis appellatur. Sic veteri Lexic. Græco - Lat. De in cinus lapis: Δύνατον μίλιον. Sic intra vel intra vel ultra centesimum lapidem, et centesimum milliarium, idem valere, tralatitium est. vid. PLIN. Hist. N. lib. XV. cap. 18. Non castra Punica ad tertium lapidem vallata. Lib. XXXI. c. 3. Virginem adduxit ab octavi lapidis diverticulo. VALER. MAX. lib. IV. Cap. I. §. 10. de Africano: Sensit tunc incrementum Romano Imperio petendum fuisse, cum intra septimum lapidem triumphi querebantur: Scil. ab hostibus, intra septimum ab urbe miliarum et, non longius, devictis, i. e. cum fines*

modo *Cippi lapidei* (c) nominantur. (d) Auctor instituti fuit C. SEMPRONIUS GRACCHUS Tribunus plebis, qui, lata *Lege Sempronia* (e), cum primis viarum curam gesit, atque hinc, dimenso viarum spatio, singulis intervallis columnas lapideas, signum milliarium prae se ferentes, constituit. (f) Quod cum Populo perplaceret, alii quoque, ejus exemplum secuti, Columnas similes passim posuerunt. Permanfit igitur hoc inventum, atque in usum, non modo per Italiam, sed & per Provincias, ante & post Imperatorum tempora, deductum fuit (g) Imo adhuc hodie illarum vestigia nonnulla in Italia cernuntur (h).

C

§. IX.

fines Romani Imperii, non extendentur ultra septem millia passuum. MIN. ELL. in Not. h. aliique complures ap. PITISC. voc. *Lapis*.

(c) VELSER, ad Chart. Peuting. *Cervissimi testes sunt*, inquit, *lapidei Cippi*, qui reliqui: ex quibus interstitia locorum itinerariis adorabantur.

(d) Graecis *σημεία* dicta, eo quod viarum publicarum intervalla designent, et usitatius *σηλαί*, quo nomine proprie columnae corpus sive *stylus*, significatur. Unde STRABO L. VII. p. 590. viam columnis milliariis distinctam vocat *κατασηλομένην*. BERGIER, de *Vitis milit.* L. IV. Sect. 39. §. 3. ap. PITISC. l. c.

(e) Lex erat haec: UT VIAE IN ITALIA MUNI-
RENTUR, STERNERENTUR,
LAPIDIBUS MILLIARIA
DISCERNENTIBUS NOTAREN-
TUR, PONTIBUS INSTRUERENTUR. HOTTO.
MANN. *Antiqu. Rom. ad Jus Civ.*
pertin. Elem. sub voce *L. Sempronia*.

(f) PLUTARCHUS in *Gracchie* C. 9. *πρὸς δὲ ταῖς διαμετρήσεις κατὰ μίλιον, ὁδὸν πᾶσαν (τὸ δὲ μίλιον οὐκ ἴσως ἑξαδίων ὀλίγων ἀποδοῦ) κίονας λίθινὰς, σημεῖα τῶν μετῶν, κατέστησεν. i. e.* Ad haec viam omnem per MILLIARIA dimensus (capit autem paulo minus octo stadia milliarium) COLUMNAS LAPIDEAS, spatii signandi gratia, collocavit. Sive ut alii vertunt: Porro singula milliaria dimensa diligenter lapideis columnis distinctis.

(g) STRABO L. VII. p. 590. *Ex Appollonia in Macedoniam Egnatia in Orientem via est, quam per millia passuum mensi sunt, LAPIDEASQUE COLUMNAS usque Cypselum et Hebrum annem millia loXXXV. distincterunt. POLYBIUS L. III. C. 8. meminit viae militaris jam ipsius aetate munitae, quae a Romanis diligenter stadiis octo dimensa est, et signata, columnis scil. milliariis.*

(h) Talia in *Via Appia* Roma Neapolim proficiscentibus occurre; atque unam illarum conspicuam esse

§. IX.

*Materia
earum &
Forma, nec
non Inscrí-
ptiones.*

Materia Columnarum Milliarium plerumque fuit *La-
pis* vulgaris, durior, & qui a gelu non facile corrumpere-
tur: nonnullæ majori magnificentia *marmoreæ* erant, qua-
les in *Via* cernebantur Latina. (a) *Forma* vel rotunda vel
quadrata, vel pro lubitu & ingenio artificis alia erat, &
vix ultra pedes VIII. alta. (b) Partibus constabant dua-
bus: *Stylo* seu corpore, & *basi* seu pede five fundamento.
Omnes aut in *stylo*, aut in *basi* inscriptum habebant *NU-
MERUM MILLIARIUM*, quo aut Roma, aut alia qua-
dam celebriore urbe distabant. (c) Nonnullæ additam
habebant *Inscriptionem*, quæ Viatores doceret auctorem
viarum & columnarum milliarium. Hujus generis sunt,
quæ in *stylo* vel *basi* præferunt *nomen IMPERATORIS*,
aut illius, qui vel novam fecit, vel veterem refecit viam
publicam, eamque Columnis milliaribus distinxit. (d)
Qvales

esse in porta Civitatis *Fundorum*, in
qua milliarium numerus signatus con-
spicitur; a viris doctis observatum
est. Vid. *LVC. PÆTUS de Rom.*
et *Græc. Mensur.* lib. I. ap. *Græv.*
Tom. XI. p. 1615.

IX. (a) *MARTIAL.* IX. 65.

*Qua Trivie nemorosa petit dum re-
gna viator,
Ostævum domina marmor ab urbe
legit.*

(b) *Inscript.* ap. *GRUTER.* p. 157.
n. 1. In pago *Stratsualto Salisburgum*
versus, in columna rotunda, pedum
VIII. longitudine, ad viam erecta. n. 2.
Ursinii, in villa Augustane dioecesis

*visuntur columnæ milliares tres octo-
num circiter pedum.*

(c) *Formula Inscriptionis*, teste
vetere lapide, talis fuit: *HINC
SUNT. ROMAM. MILLIA.
QVINQVAGINTA. &c. PHILIPP.
CAROL.* in *A. Gell. N. A. L.* i. c. I.
Animadv. 7. *RUTIL. Itinerar.* II. 7.

*Intervalla via fessis præstare vi-
detur*

*Qui notat inscriptus millia cre-
bra lapis.*

(d) Vid. *GRUTER Inscript.* p. 146.
n. 1. ubi adfert Columnam Milliaream,
quæ extat prope *Caparram* in *Lusita-
nia*,

Qvales primum usu invaluerunt AUGUSTI atate, ac deinceps Successorum ejus aeo perdurarunt, horumque nomina cum communi Cæsaris prænomine habuerunt inscripta. (e)

§. X.

Eminebat inter cæteras, omnium Columnarum milliarium veluti caput ac princeps, MILLIARIUM AUREUM (a), monumentis veterum tantopere nobilitatum, i. e. columna in capite fori Romani sub æde Saturni, prope arcum Septimii, posita, ex qua omnes Italiae viæ publicæ initium capiebant, & in qua omnes desinebant, intervallis quoque itinerum cujusque viæ eidem inscriptis. (b) Auctorem habuit AUGUSTUM, qui, viarum Curator constitutus, in medio foro Milliarium istud aureum

Milliarium Aureum quid?

C 2

reum

nia, inscriptam HADRIANI Imperatoris nomine, & notatam c. II. Scilicet mille passuum; & mox addit: Aliis columnis omnibus etiam suis milliarium numerus additus est, etiam si Titulo hæc Imperatoris, sive Inscriptione alia, careant. SIDON. Carm. XXIV. 5.

Antiquus tibi nec teratur agger,
Cujus per spatium satis verustis
Nomen Castreum nitet columnis.

(e) conf. BERGIER de ois milit. l. c. §. 2-4. - 9. n. Sect. 31. §. 7.

X. (a) DIONI L. 54. τὸ χροῦν μίλιον; & PLUTARCHO in Galba χροῦν κίων appellatur, eo quod totum aureum, vel, ut alii censent, inauratum exsplendesceret. BRISSON. de Verb. Sign. v. Milliar. Aur.

(b) TACIT. L. 1. Hist. C. 27. n. 3. Orbo inde ad Milliarium aureum sub

æde Saturni pergit. SUETON. in Otho. c. 6. PLIN. L. III. c. 5. Roma dividitur in Regiones XIV. compita earum CCLXV. passuum, ejusdem spatii mensura corrente a MILLIARIO in Capite Romani fori statuto, ad singulas portas, que sunt hodie numero XXXVII. PLVTARCH. in Galba: In forum ibat ad eam partem, in qua steterat aurea columnella, ad quam omnes Italiae viæ, ei incisæ, terminabantur. MARLIAN. Topoge. Urb. Rom. III. 2. Milliarium aureum fuit columna in Capite fori Romani, sub Saturni æde, prope arcum Septimii, in qua omnes Italiae viæ incisæ finirent, et a qua ad singulas portas mensuræ regionum currerent. conf. HOLSTEN. de Milliar. Aur. ap. GRÆV. Tom. IV. p. 1895. ROSIN. A. R. L. I. C. 4. p. 61. (c) DIO

reum statuit. (c) Figuram ejus rotundam fuisse ferunt, sed rudiozem, quam ut ad ullum Architectonicum ordinem referri possit. (d) Sed perperam vulgo creditum fuit, lapides, five miliaria uniuscujusque viæ, ab eodem milliaro aureo, olim numerata fuisse: cum tamen a continentibus ædificiis numeranda fuerint. (e) §. XI.

(c) DIO CASS. L. 54. *Tunc autem ipse AUGUSTUS viarum, que sunt circa Romam, curator constitutus, MILLIARIUM AUREUM, quod vocatur, fecit.*

(d) Vid. JAN. GRUTER. Inscript. 144. 4. BARTHOL. ROSSI in libro cui Tit. *Ornamenti di Fabriche antiche e moderne.*

(e) Clara Lex 154. ff. de V. S. ex ÆMILII MACRI libro 1. ad L. Jul. Vicelimatiam de vicelima parte hereditatis testamentariæ Fisco inferendæ: *Mille passus non a Milliaro urbis, sed a continentibus ædificiis numerandi sunt.* h. e. Milliaria non a Columna illa, in foro Romano posita, sed ab ædificiis, quæ extra urbem in suburbiis, five locis urbi connexis, & cum ea quasi coherentibus, sunt numeranda. Nec est, cur DIONYS. GOTHOFREDUS in Nor. ad h. l. existimet, inversum Legis ordinem esse, atque ita potius legendum: *Mille passus non a continentibus ædificiis, sed a Milliaro urbis sunt numerandi.* Quamvis enim hæc communis sit opinio omnium fore Antiquariæ rei indagatorum, quæ & Gothofredum ad corrigendam Legem seduxit: tamen communem esse errorem, ad oculum demonstravit LUCAS HOLSTENIVS l. c. argumento ducto, tum ab ipso loquendi modo, qui, millia-

rium five lapidum distantiam non a meditullio fori, sed ab Urbe, h. e. a portis, aut mœniis, quibus urbs terminatur, olim numeratam fuisse, atque etiam nunc numerandam esse, indicat; tum a Lapide ante complures annos extra urbem reperto. Fuit is Lapis primus ab Urbe, in Via Appia inter Antiquitatum rudera detectus, atque a S. P. Q. R. dein ad Urbis ornamentum in Capitolium translatus. Quod si enim, ait, milliarium lapidumque milliarium principium, et distantiarum intervallum cepisset a Milliaro aureo h. e. ab Ecclesia S. Adriani ad Arcum Septimii Severi, sequeretur omnino, Lapidem illum non extra urbem & portam S. Sebastiani, sed intra urbem olim positum fuisse: Si quidem portas, S. Sebastiani a Milliaro Aureo minimum integro milliaro & dimidio distet, dicta autem Columna primi lapidis longius extra illam portam inventa fuerit. Quam sententiam & PITISCUUS in *Comment. ad Svetonium* et in *Lexic. Antiqu.* sub voce *Milliar. aur.* latius persequitur, & contra HENNINGIUM in BERGIER, de *Viis milie.* III. Sect. XIII. §. 1. defendit conf. ad d. l. 154. WISSENBACH *Exercit. ad Tit. de V. S. XXXIV. p. 202. ir. CUJAC, in Recitat. ad L. 3. de V. S.* XI. (s)

§. XI.

Sed nec solus Orbis antiquus, Græcus atque Romanus, splendidis hujusmodi viarum ornamentis superbire debuit. Recentiori quoque ætate extitere, qui eorundem Græcorum ac Romanorum five religionem, (a) five providentiam, in ponendis hujusmodi monumentis itinerariis imitati sunt. Imo ipsa *Germania* nostra tandem ostentare cepit, si non Statuas Mercurii simulacris insignes, saltem Columnas viarum ac milliariium indices.

Origo Statuar. Mercurialium ac Columnarum Milliariium in Germania.

§. XII.

Et quidem laude non caruit institutum *Hodegorum* *Camprimis* *ligneorum*, *der Weg-oder Hand-Weiser* quibus viæ in nonnullis Germaniæ provinciis, jam ex aliquo tempore, pro commoditate peregrinantium, instructæ sunt. At enimvero longo post se intervallo eos relinquunt *COLUMNÆ LAPIDÆÆ*, quæ novissime jussu & auctoritate REGIS atque ELECTORIS nostri *LONGE CLEMENTISSIMI* (cujus Regia cura ac summa industria in delineandis curate illarum figuris, atque mandatis, vel instructionibus, etiam sine intermedio Ministro, hoc nomine dandis (a) adhibita, admiratione omnino digna est)

in Saxonia Electorali: Regii ac egregii instituti elogium.

C 3

in

XI. (a) Exemplo sit Lapis Itinerarius, Seculo XVI. in Germania positus, atque PETRO & PAVLO Apostolis, aliisque Sanctis, religiose consecratus: Cujus literas consecratorias ex Autographo exhibet JOH. NICOLAI in Tr. cit. c. XI. §. r. ita habentes: Reverendi in Christo Patris & Domini, Domini, Jacobi divina miseratione Sanctæ Moguntinæ sedis gratia, vice Componentis Episcopus in Pontificalibus Vicarius generalis: Notum facimus cunctis anno millesimo quingentesimo octavo, quinta die mensis Sept. presentem LAPIDEM ITINE-

RARIUM ad omnipotentis DEI laudem, & honorem beatorum Apostolorum, PETRI & PAULI, beatæ Elisabeth, beati Jacobi & beatæ Apolonie, solenniter in nomine DEI consecravimus, dantes insuper pro modo Episcopales indulgentias consuetas.

XII. (a) Teste Dn. Commissario ZERNERO, ejus opera in hoc negotio uti placuit, in Delineatione Commodorum ab his Columnis expectandorum, verb: *Wey beneu von Sr. Königl. Maj. und Churfürstl. Durchl. aus eigner hohen Verweisung, allergnädigst anbefohlen, und nach dem von*

in *SAXONICIS* provinciis, ipsius imperio subiectis, passim jam positæ atque erectæ cernuntur. Columnæ, quæ, ex duriori Lapidis materia assabre factæ, per secula durare aptæ natæ sunt, quæ elegantia operis ac figuræ artificio, etiam cum Romanorum lapidibus certare possunt, quæ denique, cum & viis monstrandis, & milliariis designandis, inserviant, simul & Statuarum Mercurialium & Columnarum Milliarium vice ac munere funguntur.

§. XIII.

Ordines, Figura, Ornamenta & Inscriptiones Columnarum Saxonicarum.

Commode vero ac provide *quatuor* Columnarum Ordines, uti magnitudine ita & figura distinctos, facere iussit *POTENTISSIMUS AUCTOR*. *Primus* ordo Columnas continet *maximas*, ante Portas cujusque Urbis collocandas, in quibus *Insignia Regia* & *Electoralia*, Corona ornata, una cum *Stationibus Postarum* ac *Distantiis locorum* inscriptis, sunt conspicua. (*) *Secundus* est Columnarum, unius sive integri milliariis, *Tertius* dimidii, *Quartus* quartæ ejusdem partis, spatium designantium: quæ prout longiora vel breviora viæ intervalla indicant, ita sensim gradu magnitudinis decrescunt. Singulæ Augustum *AUGUSTI REGIS Nomen*, initialibus litteris significatum, *Annus*, quo decretae poni ceperunt, atque *Cornu* Postarum signum, secundi & tertii ordinis columnæ etiam diversa itineris *Spacia* a columnis metienda, insculpta præferunt. Singulæ duabus constant partibus, *Stylo* scilicet & *Basi*: Singulæ in speciem Pyramidum sive Obeliscorum quadrata figura formatae sunt; ut tamen quælibet peculiari sua figura ab altera discernatur. Quæ omnia ex adjectis hic *Figuris*, Regia auctoritate delineatis, atque æri incisus, multo clarius etiam, quam verbis exprimi potuit, elucescent.

(*) Exem-

von Höchstgedachter Königl. Maj., | vielfältigen Hohen Unterricht einjurich,
selbst hierzu gegebenen Zeichnungen, und, | tenden feineren Post-Säulen, ic.

(*) Exempli loco Inscriptiones, in Columnis maximis, ante Portas Lipsiensis positas, conspicuas, subijcere liceat. Habet autem quævis Columna 4. Latera. Duobus lateribus, versus urbem converfis, nil nisi *nomen urbis*

& numerus A. 1722. inscriptum est. Reliqua duo latera, vias spectantia, *Positarum Stationes, ac Distantias locorum, secundum Horarum spatia, quorum duo unum Milliare efficiunt, numeratas exhibent.*

COLUMNÆ PORTÆ GRIMMENSIS.

COLUMNA DEXTRA

Lat. 1.	St.	Lat. 2.	St.
1. Wurzen	6. St.	1. Eilenburg	5. St.
2. Kalbitz	10. St.	2. Torgau	11. St. $\frac{1}{2}$
3. Seerhausen	14. St. $\frac{5}{8}$	3. Herzberg	St.
4. Meissen	18. St. $\frac{3}{8}$	4. Hobenbucke	St.
5. Dresden	24. St. $\frac{3}{8}$	5. Luckau	St.
6. Zehitz	28. St. $\frac{7}{8}$	6. Lübben	St.
7. Peterswalda	33. St.	7. Lieberosa	St.
		8. Guben	St.
		9. Sorau	St.
6. Harthe	30. St. $\frac{5}{8}$	8. Preske	St.
7. Budissin	36. St. $\frac{1}{8}$	9. Francfurt	St.
8. Löbau	St.	3. Kossdorff	15. St. $\frac{7}{8}$
9. Zittau	St.	4. Hayn	23. St. $\frac{1}{8}$
		5. Königsbrück	29. St. $\frac{1}{4}$
		6. Schwein Erden	35. St.
		7. Budissin	38. St. $\frac{1}{2}$
		8. Rorbkretschben	12. St.
		9. Görlitz	48. St. $\frac{1}{8}$
		10. Walda	53. St. $\frac{1}{8}$
		11. Buntzlau	St.

COLUMNA SINISTRA.

Lat. 1.	St.	Lat. 2.	St.
1. Grimma	6. St.	1. Colditz	9. St. $\frac{1}{8}$
2. Colditz	10. St.	2. Wallheim	13. St. $\frac{1}{4}$
3. Waldheim	14. St.	3. Nossen	18. St.
4. Dresden	26. St.	4. Siebenlehn	St.
6. Zehitz	30. St. $\frac{1}{2}$	5. Freyberg	St.
7. Peterswalda	3. St. $\frac{1}{8}$	6. Toeplitz	St.

COLUMNA

COLUMNA PORTÆ PETRINÆ.

Lat. 1.		Lat. 2.	
1. Borno	6. St.	1. Pegau	5. St.
2. Pönigk	13. St.	2. Zeitz	9. St.
3. Chennitz	17. St.	3. Gera	14. St.
4. Marienberg	24. St.	4. Auma	St.
5. Commetbau	St.	5. Schlaiz	St.
4. Classenbach	19. St.	6. Gefell	St.
5. Annaberg	25. St.	7. Hoff	St.
6. Carlsbad	36. St.	4. Mittelpölnitz	19. St.
2. Altenburg	9. St.	5. Neustadt	22. St.
3. Jessnitz	12. St.	6. Saalfeld	29. St.
4. Zwickau	17. St.	7. Ilmenau	37. St.
5. Schneeberg	22. St.	8. Schleiffingen	43. St.
6. Job. Georgen Stadt	St.		
7. Carlsbad	34. St.		
5. Reichenbach	21. St.		
6. Plauen	26. St.		
7. Adorff	31. St.		
8. Aseb	St.		
9. Eger	St.		

COLUMNA PORTÆ HALLENSIS.

Lat. 1.		Lat. 2.	
1. Dübén	St.	1. Grosskugel	St.
2. Wittenberg	St.	2. Halle	St.
3. Treuenbrietzen	St.	1. Landsberg	St.
3. Jüterbock	St.	2. Zörbig	St.
4. Dame	St.	3. Koethen	St.
5. Luckau	St.	1. Holzweißig	St.
		2. Dessau	St.

COLUMNA PORTÆ RANSTADTENSIS.

Lat. 1.		Lat. 2.	
1. Rippach	6. St.	1. Merseburg	St.
2. Weiffenfels	7. St.	2. Freyberg	St.
3. Naumburg	II. St.	3. St. Hlāsfler	St.
4. Jebra	St.	4. Gr. Neuhaußen	St.
5. Weymar	St.	5. Weiffensee	St.
6. Erfurth	St.	6. Tännstädt	St.
7. Gotha	St.	7. Langensalza	St.
		8. Niederdorla	St.
4. Auerstadt	St.	9. Wabnfried	St.
5. Büttelstadt	St.	2. Eißköén	St.
6. Erfurth	St.	3. Harkeroda	St.
		4. Quedlinburg	St.

SECTIO II.
DE
JURE STATUARUM MERCURIALIUM
AC
COLUMNARUM MILLIARIUM.

Συνοψις.

- | | |
|--|--|
| <p>§. I. Statuas Mercuriales Columnasque Milliares esse res publicas, non sacras.</p> <p>II. Publicæ res quid sint, & quotuplicis generis?</p> <p>III. Jura Principis circa res publicas.</p> <p>IV. Jura Subditorum vel Exterorum, circa res publicas.</p> <p>V. Inter res publicas hoc loco imprimis considerandas esse Vias publicas.</p> <p>VI. Jura Imperantis circa vias publicas.</p> <p>VII. Jura Subditorum atque Exterorum circa Vias publicas.</p> <p>VIII. Speciatim Jus Imperantis circa mensuras viarum publicarum definiendas.</p> <p>IX. Latitudo viæ publicæ, quanta esse debeat?</p> <p>X. Longitudinem viarum per Milliarum mensurari diversimode apud diversas gentes.</p> | <p>XI. Milliarum Germanica Communia.</p> <p>XII. Milliarum nonnullis Germaniæ Provinciis propria.</p> <p>XIII. Saxonica Milliarum.</p> <p>XIV. Interesse Reip. certam Milliarum extare mensuram.</p> <p>XV. Nonnisi Imperantis esse, mensuram Milliarum definire.</p> <p>XVI. Dicta ad Statuas Columnasque nostras applicantur.</p> <p>XVII. Usus earum multiplex.</p> <p>XVIII. Jura Principis circa Statuas Columnasve tales constituendas, atque usum earum definiendum.</p> <p>XIX. Obligatio Landsassiorum, Vasallorum ac subditorum circa Constitutionem earum.</p> <p>XX. Eodem quo sensu sanctæ & inviolabiles sint: Delicta circa eas commissæ, & horum pœna.</p> |
|--|--|

§. I.
STATUAS MERCURIALES COLUMNASQUE MILLIARES, quales superius descripsimus, citra trepidationem inter *Res Publicas* referendas esse, existimamus. Cum enim illæ in viis publicis, vel juxta eas, collocentur, atque usibus publicis, æque ac viæ publicæ,
D infer-

Statuas Mercuriales Columnasque Milliares esse res publicas, non sacras.

inferviant: eodem cum viis publicis loco, merito habentur, atque adeo publici etiam juris censentur. Neque forte quispiam cum ratione quæsierit, annon rebus *Sacris Mercuriales* annumerandæ sint Statuæ? eo, quod has Mercurio Deastro, cujus & simulacrum referebant, sacras esse voluerit gentiliū superstitione. Ut enim taceamus, non statim exinde, quod eadem res sacræ in sensu Juris Romani sint censendæ, evictum esse: (a) Certe illas, quas hodie in locis publicis, publica auctoritate, ad usus publicos, positas videmus, & a quibus omnis superstitione plane aliena est, Statuas Columnasve, non *Sacrarum*, sed *Publicarum* potius rerum numero esse habendas, ex natura rei (b) facile est ad intelligendum. (c) Hinc autem porro, *quicquid juris est circa respublicas, idem quoque juris esse circa Statuas Mercuriales Columnasve Milliares*, probe subductis rationibus colligere licet. Quod ut clarius pateat, ante omnia & indolem cum *Rerum Publicarum* in universum, tum in primis *Viarum Publicarum* evolvere, & quid juris vel Principi, vel subditis, aliisve, circa eas competat, ex suis deducere fontibus, operæ pretium erit.

§. II.

§. I. (a) Scilicet dubitandum, an de finitio *rerum Sacrarum*, qualis ab IMPERATORE §. 8. *de Rer. Div. traditur*, Statuis Mercurialibus conveniat: cum nullibi solenni ritu per Pontifices olim Deo consecrata legantur. Neque etiam omnia Deorum simulacra indistincte juris divini apud Romanos fuerunt reputata. Fuisse enim Deorum genus apud eos, qui *Lares & Penates* dicebantur, quos vendi & oppignorari jus fuerit ex TERTULL. *Apolog. Cap. 13.* docet

HOTOMANNUS in *Comment. ad Tit. de Contr. Empt. & Vend. p. 13.*

(b) Non enim ad cultum divinum, sed ad usus profanos, eosque publicos, viarum scilicet & Milliarium indicium, destinatae sunt: quamvis in eo cum rebus sacris conveniant, quod, æque ac hæc, commercio privatorum sint exemptæ.

(c) An vero & quousque etiam rebus sanctis sint annumerandæ, ex inferius dicendis patebit.

II. (a)

§. II. RES PUBLICÆ generatim rectissime definiri videntur, quæ in dominio sunt Reipublicæ, sive ejus, qui Reipublicam repræsentat, h. e. Imperantis. Cujus generis hæud dubie censetur, quæcunque intra limites alicujus Regni aut Reip. sita, nec tamen in singulorum patrimonium redacta sunt. (a) In Jure Romano licet vario sensu dicantur Res Publicæ (b) proprie tamen hoc nomine olim veniebant, quarum proprietas quidem ad Populum, (c) usus vero ad omnes, qui erant de Populo, pertinebat. (d) Sub Imperatoribus distinctio fuit enata inter Res Publicas, quæ erant Populi, & Fiscalis, quæ Principis: Cum, licet summa rerum ad Principes delata, rudera tamen nonnulla pristini status popularis initio relicta fuerint, donec omnia tandem ad Principis jura, deleta omni status popularis

D 2

vesti-

Publica res
quid sit, &
quotuplicis
generis?

§. II. (a) HUBER. *Prælect. ad Inst. de R. D.* §. 6. HOPP. *ad Inst. eod.* §. 2. in *Uf. modern.* BOEHMER. *ad J. eod.* §. 2. lit. (ε)

(b) GAJUS L. I. ff de D. R. sub nomine rerum publicarum comprehendit ea, quæ MARCIANVS L. 2. ff. de D. R. vocat communia & universitatis. Et quamvis JUSTINIANUS *pr. J. eod.* distinguat res communes, publicas & universitatis: tamen verba hæc, publicum & commune, non semel confusum usurpari, notat BACHOVIUS *ad TREUTL. Vol. II. Disp. 20. lit. E. & F.* & SCHULTINGIUS rerum publicarum nomine etiam communes, cum apud alios Scriptores crebro, tum & in jure Rom. venire, interdum & res civitatum vo-

cari publicas, sed abusive, observat in *Enarrat. Pandect.* de R. D. §. 6. & 8. add. B. ZIEGLER. in *Tr. de J. Maj.* lib. II. c. 7. §. 3. LAUTERB. *Comp. T. de R. D.* HUBER. I. c. STRUV. §. J. *Civ. de R. D.*

(c) Unde & ratio nominis deducta fuit, quod Publica dicerentur, quasi Populica. B. ZIEGLER. *de Jur. Maj.* L. II. c. 15. §. 19. Plane uti THEOPHILUS τὰ δημοσία publica, ait, esse τὸ δῆλον τῆς Πολιτείας, populi Romani, a quibus τὰ κοινὰ communia, distinguit *conf. SCHULTING. I. c.*

(d) Alia erat ratio *Ærarii*, quod ita in Patrimonio Populi erat, ut & usus pro Republica tantum comparatus esset, nec ad singulos quidquam lucri ex eo pertingeret.

(c)

vestigio, sunt relata. (e) Nostro seculo adhuc *duorum generum* res Publicæ habentur. (f) *Aliæ* enim ita sunt in patrimonio Reipublicæ, five Principis, ut & solis Reipubl. five Principis, usibus subserviant. (g) *Aliæ* vero in *dominio* quidem sunt Reip. five Principis, ut tamen *usus* omnibus & singulis, præsertim subditis, interdum & exteris, sit communis: non quidem ex se & sua natura, sed ex tacita, vel expressa Principis concessione. (h) Atque ad hanc *posteriorem* rerum Publicarum *classem* referimus *Status Mercuriales, Columnasque Milliares*, de quibus hic agimus.

§. III.

Jura Principis circa Res Publicas.

Cum igitur in dominio Reipublicæ five Principis sint *Res* hujusmodi *Publicæ*: palam est, varia *PRINCIPI jura* circa easdem competere, quæ quidem partim ex *imperio*, vi cujus Princeps de omnibus rebus, in Territorio contentis, statuit; partim vero etiam ex *dominio*, quod cuilibet etiam privato jus tribuit de re sua disponendi, profluunt: Horum præcipua ad duo vel tria summa capita recidunt. Primum est *Jus publicas res constituendi*, quæque ad constitutionem earum faciunt, ordinandi, atque subditis injungendi. (a) Quamvis enim omnia, quæ ab initio

in

(e) Vid. JUSTINIAN. L. 3. C. de *Quadrienn. Præscript.* ZIEGLER. l. c. BOEHMER. l. c. lit. (e)

(f) HUBER. l. c. p. 76. TITIVS *J. Priv.* L. 8. c. 19. §. 3. 5. 6. THOMAS. *Not. ad Inst. de R. D.* p. 13.

(g) Cujus generis apud Romanos erant *Fiscus & Aerarium*, apud nos hodie, *Camera & Steura*, vid. SCHILT. *J. Publ.* L. II. T. 1. §. 10. TITIVS l. c.

(h) Multi in eo, cum JUSTI-

NIANO, lapsi sunt, in civili adhuc statu dari res per se & sua natura communes, a publicis diversas: cum tamen omnes, quæ vulgo communes dicuntur, excepto vasto Oceano, in eo statu sint *publicæ*; quousque vero usus earum sit communis, ab arbitrio pendeat Imperantis.

§. III. (a) Huc pertinent non solum

in occupatione Territorii originaria a singulis non sunt occupata, publica mansisse intelligantur: attamen saepe etiam postea publica Imperantis auctoritate opus est, ubi vel curatius definiendum, quænam publici juris sint existimanda, vel *nova* quædam opera ad usus publicos constituenda. Alterum est *jus de rebus publicis disponendi*, & cum primis *usum* earum, intuitu civium vel extraneorum, *definiendi*. Nullum vero est dubium, quin penes Principem sit, virtute imperii æque ac domini ipsi competentis, usum rerum, quæ in dominio sunt Reipublicæ, vel plane prohibere, vel saltem variis modis circumscribere: imo nec dubitandum, quin ipse eundem usum vel *subditis* tantum, vel una cum subditis etiam *exteris*, idque cum, vel sine onere, concedere possit. (b) Et quidem *sine onere* usum rerum publicarum, si sit innoxius, omnibus concedere, æquitati ac moribus gentium est conveniens; *Cum onere* vero, ut concedatur, si usus impensas requirat, vel in detrimentum

D 3

Reip.

Im *tributa* ad impensas in res publicas conferenda, sed etiam *opera publica*, seu *angaria* & *parangaria*, ad Opera publica extruenda a subditis exigenda: quorum omnium necessitatem ac modum definire penes Principem est; nisi & Ordinum consensus Reip. forma requirat. conf. SIXTIN. de Regal. L. II. c. 13. MYLER. de Stat. F. cap. 72. COCCEJ. F. Publ. cap. XXIII. §. 54.

(b) Sunt, qui existimant, res publicas, uti flumina, portus, vias publicas, quoad usum a rebus communibus non differre, sed omnibus pa-

tere, idque jure Gentium, adeoque Principem obligatum esse ad usum innoxium rerum publicarum etiam exteris concedendum, uti GROTIUS de J. B. & P. lib. II. cap. II. §. 13. HUBERUS l. c. & SCHULTINGIUS l. c. aliique. Sed hi non distinguunt regulas decori, sive officii humanitatis, a regulis justii. Rectius DN. THOMASIVS in Not. ad HUBER. l. c. p. 76. docet, quoad usum etiam innoxios valere dispositionem Populi, sive quod idem est, Principis. Cui sententiæ etiam favet B. ZIEGLERUS de F. Maj. L. IV. c. XVII. §. 19. IV. (a)

Reip. vergere queat, Reipublicæ utilitas exigit. Addi potest denique *tertium*: Jus scilicet cognoscendi de *litibus*, circa res publicas enatis, itemque jus animadvertendi in facinora in vel circa res publicas commissa.

§. IV.

Jura subditorum vel Exterorum circa res publicas,

Ex dictis simul patet, quid *Subditis* juris circa res publicas sit tribuendum. Scilicet illud facile intelligitur, cum res publicæ non sint in patrimonio subditorum, eas quoque horum commercio esse exemptas, neque adeo quidquam juris in eas a subditis in alios transferri posse. Quod ad usum vero ita tenendum; Regulariter quidem pro libero rerum publicarum usu, omnibus subditis competente, præsumtio militare videtur, quousque is prohibitus vel restrictus a Principe probari nequeat. Quia enim ab initio usus earum liber fuit, omnibusque competiit, sane idem rerum status etiam porro perdurare censetur, donec restrictio aut interdictum doceatur. Quod si vero, prohibitum esse vel circumscriptum a Principe rerum publicarum usum, constat, tunc, quisquis ex populo liberum earum usum sibi arrogat, vel concessionem Principis docere debet, vel immemoriam præscriptionem. (a) Eadem est ratio *exteriorum*, quibus sæpe eadem facultas utendi rebus publicis, quæ subditis competit, tacite vel expresse concedi solet. Ceterum varia quoque Juris remedia comparata sunt pro vindicando libero rerum publicarum usu, velut *Actio injuriarum* (b) itemque *Interdicta* (c) quæ suis locis explicantur.

§. V.

§. IV. (a) Vid. HOPP, *Comm.* ad §. 2. J. de R. D. in *Uf. Hodiern.* p. 238.

(b) Vid. ULPIAN. L. 2 §. 9. ff. *Ne quid in loco publ.* Idem L. 13. §. ult. *de Injur.*

(c) Huc pertinet *Interdictum de locis*

et Itineribus publicis, ceu generale, quo Prætor vetat quid fieri ad impediendum loci publici usum, & ad tuendam rem publicam cuilibet petenti Interdictum pollicetur. Add. VITRIAR. J. univ. L. IV. T. V. n. 51. V. (a)

§. V.

Inter *publicas res* hoc loco in primis considerari merentur *VIAE PVBLICAE*, quippe quarum accessoria sunt *Columnae* juxta *vias* posita, de quarum *Juribus* hic maxime sumus solliciti. Est autem *VIA PVBLICA* certa territorii portio, quae in porrectum, vel etiam in anfractum, certis latitudinis finibus, ab eo, qui jus publicandi habet, ut ea publice iretur, commearetur, omnibus est relicta. (a) Publicae hujusmodi viae (b) Romanis, libera Republica, *Consulares*, vel *Prætorie*, aliquando & *Militares*: post eam ab Augustis occupatam, Grecis *Βασίλευς* i. e. Regiæ, Juri Saxonico *des Königs Straßen* / vulgo *Land- oder Heer-Straßen* / appellari sivevere. (c) Esse autem *Vias publicas* in *dominio*, non *privatorum*, sed *Reipublicæ*, ex indole earum intelligitur, & legibus Romanis firmatur. (d) Et licet solum ad utrumque latus viae publicæ privatum esse, imo ad unius dominium pertinere queat: tamen viae publicæ

Inter res
publicas
hoc loco in
primis con-
siderandas
esse vias
publicas.

§. V. (a) Vid. ULP. L. 2. §. 21. ff. Ne quid in loc. publ. Add. B. ZIEGLER. de J. Maj. L. H. c. XVII. §. 1. VITRIAR. Univ. J. Civ. L. IV. T. VII. §. 53.

(b) Ab his differunt *Vie private* seu *agrariae*, *Feld-Wege*, *Holz-Wege*, quæ vel per fundum proprium, vel alienum, vel e via regia in fundum privatum ducunt; Item *Vicinales*, quæ in vicos ducunt, ac pro diverso respectu vel ad publicas vel privatas referuntur. vid. ULP. L. c. §. 23. HUBER. *Prælect. ad Pand.* p. 416. ZAHN. *Polir. Munic. L. H. C. LXIII. §. 9.*

(c) Quales Romanis censebantur, quæ exitum ad mare, aut in urbes

aut in flumina publica, aut ad aliam viam militarem, sive publicam, habebant. ULP. L. 7. ff. de loc. & itin. publ. add. *Pand. R. Lib. II. art. 59.* ZIEGL. L. c. §. 3. 4. AHASV. FRITSCH. de *Regal. viar. publ. jure*. Cap. I. n. 7. 13. - 16. REICHENBACH. de *Regali Viar. publicar. jure*. §. 5.

(d) *Vie enim publicæ* dicuntur, quæ non solum in usu publico sunt, i. e. usibus publicis perpetuo attributa, sed quarum etiam solum est publicum. ULP. L. c. §. 21. add. *Tit. de Via publ.* HOTOMANN. ad *Tor. de Contr. Em. Vend.* p. 13. FRITSCH. h. c. n. 7. ZIEGLER §. 10. REICHENBACH, §. 7.

VI. (a)

bllicæ solum manet publicum, & separatam prorsus ab adjacentibus agris servat qualitatem.

§. VI.

Jura Imperantis circa vias publicas.

Cum igitur Viæ publicæ rerum publicarum numero censeantur: non dubitandum, quin & Imperanti sua circa vias publicas jura sint asserenda, quæ vel imperio, vel dominio debentur; ut adeo hoc intuitu viæ publicæ non sine ratione *Regalibus* annumerentur. (a) Scil. primum Imperantis est, *viam publicam constituere*, vel constitutam mutare, agris quoque privatorum pro re nata, in hunc usum publicatis, i. e. commercio privatorum exemptis, atque publico usui adscriptis: quamvis non raro etiam tacita Imperantis voluntate, ipso usu, via publica constituatur. (b) Constituta hoc pacto via ejusdem Imperantis auctoritate, sæpe edicto vel proclamatione publicatur. (c) Deinde ejusdem Imperantis est, *vias publicas, publica auctoritate* (d) *muniendas, conservandas vel resciciendas curare*, atque *commoditates viarum pro virili sua promovere* (e): idque sumtibus regula-

§. VI. (a) 2. F. 59. licet sine ratione id neget BODINUS *de Rep.* L. I. n. 170. Add. ZIEGL. §. 9. TITIVS *J. Priv.* L. X. C. XI. §. 9. ZAHN. *Polit. Munic.* L. II. c. LXIII. §. II.

(b) FRITSCH cap. II. tit. ZIEGL. §. 10. II.

(c) Vid. *Ord. Polit. Elect. Sax.* d. a. 1555. Tit. die Land-Strassen zu halten, ibi: Und nachdem, der Land-Strassen halber, wohin dieselben gehen sollen, hiervon durch unsere Vorfahren Ausschreiben gesehen; Als wollen wir dieselben, damit sich mit deren Unwissenheit niemand zu entschuldigen, förber-

sich verneuren, und an jeden Glatts-Hause anschlagen lassen.

(d) Quamvis enim nec privatis prohibitum sit, viarum curam agere: arramen cum nulla res negligentius agi soleat, quam quæ ad communes usus est comparata, Imperantis sane auctoritas requiritur, ut omnia ita, uti par est, peragantur.

(e) Apud Romanos olim viarum cura maximi momenti fuit, quippe qui vias sterni ac muniti lege sanxerunt, nec sine magnis impensis magnificas viarum stratas fecerunt: siquidem pleræque lapide quadrato erant

gulariter publicis (f) ex fisco depromendis; quod hunc in finem vectigalia exigi soleant. (g) Quod si vectigalia nulla exiguntur, vel non sufficiunt, onus hoc in subditos cujusque provinciae redundat, eosque non vicinos tantum, sed omnes; nemine excepto, nisi qui privilegio immunitatis gaudeat speciali. (h) Potest quoque Imperans

E

Magi-

erant extractæ: Unde DIONYS. HALICARNASS. lib. I. p. m. 200. in tribus magnificentissimis Urbis Romæ structuris, ex quibus maxime apparuerit amplitudo Imperii, ponit *Aquarum ductus, VIARUM STRATURAM, & Cloacarum fabricam.* Cujus rei non solum in Statu Populari, sed etiam sub Imperatoribus, varia extant documenta. Unde & sæpe *Viarum munitarum* in numis Augustorum fit mentio. vid. G. PANCIROLI *Descrip. Urb. Rom.* ap. GRÆV. Tom. III. p. 385.

(f) Apud Romanos, in primis florente Rep. sæpe Principes & Primores sua pecunia vias sternebant, reficiebantque publicas, suamque hanc magnificentiam per columnas hinc inde dispositas, quibus & nomina ipsorum inscripta erant, posteritati commendabant. Inscriptionum exempla sunt:

VIAM FECI A RHEGIO AD
CAPUAM, ET IN EA PONTEIS
MILLIARIA TABULARIOS-
VE POSEIVEISUNT A RHEGIO
AD CAPUAM MIL. CCLXXXV.
HINCCE AD COLUMELLAM
MILLIARIA CCX. &C.

L. APULEJUS G. F. ANI-
NIGER II. VIR. CURATOR
VIARUM STERNENDARUM
PEDUM DECEM MILLIA VI-
AM SUA PECUNIA FECIT.
conf. BRISSON. de *Formul.* L. VIII.
p. 728. ZIEGL. §. 28. FRITSCH. c.
XIV. n. 14. SCHWENDENDORF-
FER *Disp. de Conservat. via publ.*

(g) ZIEGLER. 19. §. TITIUS §. 12.

(h) Imperatorum Rom. legibus onus hoc prædiorum possessoribus injunctum fuit, tanta cum severitate, ut a viarum munitione omnis immunitas præcideretur, nec quisquam excusaretur, quantiscunque vel privilegiis, vel dignitatibus, excelleret. Hinc variz in CODICE THEODOSIANO de *Itinere muniendo* extant Constitutiones. Etiam Jure JUSTINIANO, nec domus divinæ, sive Imperiales, nec Ecclesiæ venerabiles ac personæ ecclesiasticæ, ab hoc onere sunt immunes. L. 4. C. de *privil. dom.* Aug. L. 7. & 8. C. de *SS. Eccles.* L. 8. C. de *Exact. Tribut.* L. 14. §. 2. de *Muneribus* conf. ZIEGLER §. 21. - 72.

(4)

Magistratibus inferioribus curam viarum publicarum demandare, vel viarum Curatores constituere, ac certa hoc nomine emolumenta ipsis concedere. (i) Porro Imperantis est, *Securitatem* quoque *viarum publicarum*, h. e. liberum tutumque comitatum iter facientibus præstare: quo etiam *ius concedendi*, sive *Salvum conductum*, ut vocant, per literas vel comites dandi, pertinet, quamvis vulgo hoc latius extendant. (k) Ulterius Imperanti jus est, de *usu* viarum publicarum disponere, atque adeo vel liberum earum usum omnibus concedere, vel eundem, prout *salus Reip.* exigit, restringere, imo quibusdam denegare, (l) itemque pro usu viarum publicarum, harumque integritate, commoditate ac securitate conservanda, præstandaque, certum transeuntibus, tam exteris, quam subditis, onus, sub *vectigalis*, *guidagii*, *pedagii* (m) aliove nomine, imponere (n): quamvis hac in parte, imprimis quod ad *vectigalia*, Sta-

(i) Principio apud Romanos Curatores viarum ad *Censores* spectabant. Postea *Quatuorviri* viarum curandarum creati sunt, *Vicuri* propterea VARRONI, lib. IV. de LL. dicti. Crescente viarum numero singulis vel duabus aut pluribus viis singuli *Curatores* præpositi fuerunt. Quorum Magistratum, cum prius esset incertus, AUGUSTUS ordinarium fecit. Curatores viarum *vectigalia* certis hominibus locabant, qui *Mancipes* dicti sunt, sed quorum fraude neglecta, & impervia facta sunt Vid. PANCIROLL. l. c. 383. G. FABRIC.

Descr. U. Rom. ibid. p. 412. ROSIN. *Ant. R. L. VII.* c. 32. p. 522. *Add. Ordin. Polit. Sax.* d. a 1612. Tit. *Neuzter-Bestallung* n. 18. ZIEGL. §. 13. 14. TITIVS §. 21.

(k) ZIEGL. §. 15. FRITSCH. cap. 6. & 7. TITIVS §. 14. - 20. REICHENB. §. 15.

(l) FRITSCH. c. 8. ZIEGL. §. 29. contra quem disputat REICHENB. §. 9.)

(m) *Zoll*, *Geleite*, *Wege-Geld*, *Brücken-Zoll*. ic.

(n) FRITSCH. c. X. REICHENB. §. 13. 14.

Statuum Imperii R. G. potestas valde sit restricta. (o) Denique & Jurisdictione in viis publicis haud dubie competit ei, cujus est solum, h. e. Imperanti, non solum vi summæ potestatis judicariæ, sed etiam, quod in solo publico privatus sine Imperantis concessione sibi jurisdictionem arrogare nequeat. (p) Ceterum nullum est dubium, quin omnia hæc jura, quæ Imperantibus generatim circa vias publicas adscripsimus, etiam Principibus & Statibus, vi Superioritatis territorialis, in suis Territoriis competant. (q)

§. VII.

Quod ad *Subditos* attinet, cum *dominium* viarum publicarum sit publicum, non privatum: palam est, has etiam extra *commercium* illorum positas esse. Unde patet, nequam integrum esse Nobili Landsassio aut Civitati municipali, viam publicam sui districtus alienare, vendere, aut oppignorare. (a) De *usu* vero viarum publicarum aliud pronunciandum. Is enim regulariter omnibus, non solum Subditis, verum etiam exteris, patere censetur, etiam

*Jura Subditorum
atque Ex-
teriorum
circa Vias
publicas.*

E 2

ex

(o) *Capit. CAROLI VI, Art. VIII. Add. Dn. PRÆSIDIS Intr. ad Jus publ. L. VIII. c. VII. §. 62.*

(p) Quod fusius contra BOCERUM evincit ZIEGLERUS, §. 30. seq. In Saxonia tamen Electorali qui Jurisdictione superiori gaudet etiam de criminibus in viis publicis cognoscit, ex *Constitut. D. GEORG. d. a. 1506.* ab El. CHRISTIANO in Erledigung esslicher Gebrechen Tit. von Justicien-Sachen c. 24. confirmata. *Add. ZAN-GER. de Except. P. II. cap. I. n. 244. FRITSCH. c. X. n. 15.*

(q) FRITSCH, cap. 3. Dn. PRÆSID. *Intr. ad J. Publ. §. 5. 6.*

VII. (a) *L. 137. §. 5. ff. de Verb. Obl. Unde merito exploditur consilium BARTOLI ad d. 1. quod civitas primo debeat Legem vel statutum facere, quod via publica debeat esse privata, & deinde alienare. Non enim potest Legem facere Civitas de re, que non est ipsius dominio ac potestati obnoxia. REICHENB. de Reg. viar. publ. jure §. 18.*

(b)

ex ipsius Principis voluntate: eo quod per liberum hujusmodi comitatum per Territorium commercia floreat, atque adeo salus Reip. promoveatur. (b) Sed tamdiu duntaxat liberrimus iste viarum publicarum usus asserendus, quamdiu non constat, eundem vel oneribus quibusdam, puta vectigalibus, restrictum, vel certis hominibus aditum Territorii ac transitum, lege publica, (c) prorsus interclusum esse atque prohibitum: utroque enim casu & libertas & securitas, alias viatoribus competens, jure denegatur. Ceterum eadem hic remedia juris pro libero viarum usu adversus impediētes recurrunt, quorum mentio supra circa rerum publicarum usum in genere facta est. (d) Unicum addendum, Jura privatorum circa viam publicam eo usque se extendere, ut, via publica, vi fluminis amissa, a vicino proximo in suo fundo restituenda sit. (e)

§. VIII.

*Speciatim
Jus Imperantis
circa mensuras
viarum
publicarum
definien-
das.*

Ad constitutionem viae publicae speciatim quoque pertinet, ut *Mensura* ejus, ratione *latitudinis*, & *longitudinis*, recte definiatur. Quod cum non nisi publica auctoritate fieri possit, dum mensura talis pro lege ab omnibus observari debet: patet etiam circa hoc negotium suas Imperanti partes esse tribuendas.

§. IX.

(b) REICHENB. §. 20.

(c) Qualis de *Cingavis* etiam in Saxonia nostra Electorali non ita pridem sancita est: *Mand. Wieder die aus den Hef. &c. vertriebene starcke Ziege-*

ner-Bande. d. d. 4. Apr. 1722.

(d) Add. ULP. L. 2. §. 20. 45. *Ne quid in loc. publ.* REICHENB. §. 10.

(e) L. 14. §. ult. ff. *quemadm. Servitus. amitt.* IX. (a)

§. IX.

Latitudo viae in Jure Romano ex Lege XII. Tab. ita definitur, ut in porrectum habeat octo pedes, in anfractum i. e. ubi flexum est, sedecim. (a) At non præter rem hac lege non via publicæ, sed privatæ, per servitutem constitutæ, latitudinem describi, a viris doctis observatum est. (b) Certe via publica haud paulo ampliorem, modo locorum angustia non prohibeat, latitudinem requirere videtur. Unde hodie nonnulli spatium sedecim pedum, & ampliorem, latitudinem viæ publicæ describere malunt. (c) Paulo aliter etiam Leges *Germanorum* in dimetienda viæ publicæ latitudine rationes subducunt. Ex LL. *Wifgothorum* tantum utrinque juxta viam publicam spatium relinquendum, in quo requiescere possint viatores. (d) Ex *Juris Saxonici* vero præscripto Via regia tantæ latitudinis esse debet, ut currus curru cedere possit. (e) Et omnino latitudo viæ publicæ ex usu peregrinantium, & conditione loci, definienda est: Unde, si lege nihil definitum, tantam esse oportet, quanta non uni eidemque vehiculo ducendo & reducendo, sed pluribus sibi invicem obviantibus, ne alterum alteri impedimento sit, sufficiat: (f) id quod & naturæ rei, & Juri Saxonico, est conveniens.

*Latitudo
viæ publi-
cæ, quanta
esse debeat?*

E 3

§. X.

IX. (a) CAJUS L. 8. ff. de Serv. præd. rust.

(b) ZIEGLER de F. M. L. II. C. XVII. §. 21.

(c) OETTINGER de Jur. limit. L. I. C. IX. n. 2. ZIEGL. l. c.

(d) LL. *Wifgoth. lib. VIII. Tit. IV. Lex. 25.* ZIEGL. §. 18.

(e) §. R. lib. II. Art. 59. ibi: Des Königs Land. Straße soll seyn also

breit, daß ein Wagen dem andern weichen möge.

(f) COLER. *Decis. CCXXXVIII. n. 4.* und begreiffet die Land. Straße nicht allein illam latitudinem viæ, sondern auch den Bey. Weg, da ein Fuhrmann mit seinem Pferde gehen kann. ZIEGL. l. c. §. 17. TITIUS *F. Priv. L. X. c. XI. §. II.*

VIII. (a)

§. X.

Longitudi-
nem via-
rum per
Milliaria
mensurari,
diversimod-
e apud di-
versas Gen-
tes.

Longitudo viarum per certa intervalla, quæ hodie com-
muni *MILLIARIUM* (a) nomine veniunt, describi so-
let. Institutum hoc, viarum spatia, atque distantias loco-
rum, certa mensura describendi, variis *Gentibus*, non solum
Occidentalibus & Septentrionalibus, sed etiam Orientali-
bus, usu receptum fuit. Ut adeo pene *Juris Gentium* istud
esse dixeris, si scilicet mores intelligas plurimarum gen-
tium, quæ, usu exigente, aut necessitate, mensuras viarum
sibi constituerunt. Sed prout mores Gentium variare so-
lent, ita varia quoque, pro diversitate Populorum, itine-
rum spatia, atque intervalla locorum, dimetiendi ratio
invaluit. (b)

§. XI.

VIII. (a) *Milliarium* vel *Milliare* (u-
trumque recte) Romanis dictum spa-
tium mille passuum. Græcis *μῖλιον*,
Germanis *eine Meile*, sive *eine Mile*.
Quod vocabulum hodie pro commu-
ni viarum mensura retinetur, licet
eadem in diversis provinciis sit diver-
sa, & plerumque millenarium pas-
suum numerum, unde nominis origo,
excedat. Rebus enim mutatis, no-
mina tamen vetera sæpe servantur.
BRISSON. *de Verb. Signif.* v. *Millia-
rium*. GEORG. MARSMANNI *Mi-
liolog.* Cap. III. n. 2.

(b) *HEBRÆIS* in usu fuerunt *Barab*
& *Parfab*. *Barab* exiguum no-
tat itineris spatium, ein *Feld Weges*,
sive *Milliare parvum*, ex Hebræorum
sententia, mille constans cubitis, h.
e. 1500. pedibus sive, 3000. passibus.

Parfab vero *milliare* fuit magnum,
quatuor minoræ, sive 1200. passus, con-
tinens. conf. *Genes.* XXXV. 16. XLVIII.
7. II. Reg. V. 16. MARSMANN. I. c.
cap. I. n. 15. & *Annot. ad Cap. III. f.*

GRÆCI intervalla sua per sta-
dia dimensi sunt. Denotat autem
Stadium (1.) locum publicum, in
quo certamina Athletarum curso-
rumve exercebantur. v. *SVIDAS* v.
54. Diog. De quo explicant *L. 6. §. 1.*
ff. de R. D. & *§. 6. 7. eod.* nec non
L. 122. pr. de Legat. & Fideic. G.
PANCIROLL. Thes. Var. Lect. Lib.
1. Cap. 65. Joach. MYNSINGER. ad
§. 6. J. de R. D. (2.) mensuræ ge-
nus, limitibus agrorum atque itine-
rum spatiis metiendis comparatum,
Germ. ein *Messlauff*. sive ut *LUTH.*
vertit *Luc. XXIV. 13. Johann. XI. 18.*
ein

§. XI. GERMANI nostri Spatia, quibus itinera
Milliaria Germanica communia.

ein Feld Weges. Quale secundum HERODOTUM & SVIDAM, habet pedes 6000. Origo, autore A GELLIO hæc est: Scil. Herculem, ferunt, curriculum Stadii, quod Pisis apud Jovem Olympium erat, pedibus suis metatarum fuisse, idque longum fecisse pedes sexcentos. Hinc cetera quoque stadia non a Græcis solum, sed & Aegyptiis, imo omnibus Afiæ populis, eodem pedum numero definita sunt; licet aliquando primo isto breviora fuerint, quod planta Herculis communi hominum pede fuerit major. Ab hisce Stadiis, quæ & Olympica dicta sunt, distinguuntur Italica, a PLINIO Hist. Nat. L. II. C. 33. ita descripta: Stadium 125. nostros efficit passus, b. e. pedes 625. Quamvis re ipsa non differant, cum pes Græcorum excedat pedem Romanum semiuncia, seu 24 ta parte; unde 600. pedes Græci æquantur 652. pedibus Romanis. conf. MARSM. l. c. Cap. II. n. 1. 2. 3. PIERRE DAVITY le Monde Tom. I. p. m. 136.

ROMANI itinerum spatia per millia passuum, Milliaria inde dicta, ac per Lapides designata, determinarunt. Passus hic intelliguntur Geometrici seu majores, qui sunt 5. pedum, sive $2\frac{1}{2}$. ulnarum communium. Ut adeo Milliaria Romanum contineat pedes 3000, ulnas vero 2500, denique 8. circiter, sive juxta SVIDAM $7\frac{1}{2}$. stadia Græcorum: quatuor vero milliaria Romana unum Milliaria Germanicum e commune conficere censeantur. Atque talibus Milliariis adhuc hodie ITALICI utuntur, vid. PLUT. in

Gracchis CLUVER. Intr. in Geogr. L. 1. C. 9. MARSMANN. c. III. n. 8. seqq. p. 64. seqq. WISSENBACH Disp. II. de Verb. Signif. §. 13.

PERSÆ & AEGYPTII suas habuerunt Parasangas, suosque Schœnos, sed dispares inter se longitudine. Parasanga, sive Sebano Persico tribuunt Stadia 30: Aegyptio Schano alii 60. alii 40. alii 30. alii 20. tantum stadia assignant. De iis DAVITY dans LE MONDE, p. 137. Le Parasange est une mesure Persique, de la quelle aussi se sont servi les Egyptiens. Hesichius & Herodote luy baillent 30. Stade, d'autres 40, plusieurs vont jusq' a 60. La Schoene estoit une corde de junctis, de la quelle les bateliers se servoient en Egypte, pour mesurer les distances qu'il y avoit d'une ville à l'autre le long du Nil. Iisdem Persas hodieum uti a variis Auctoribus observatum est, conf. CLUVER. l. c. MARSM. Csp. 1. n. 12. seqq. p. 9. seqq. WISSENBACH l. c. §. 15. SINENSES tres observant itinerarias mensuras; Li, Pu, Uchan: Li est intervallum, ex quo hominis alce clamantis vox audiri potest in planitie atque aere quieto, quod censetur 300. passuum majorum; Pu cum contineat 10. Li, erit 3000. passuum; Uchan vero habeat 30000. passuum MARSM. C. VII. P. 2. n. 53. p. 248. sqq. Inter Sinenses vero speciatim Cambajensis & Gazavatensis regni incolæ, utuntur mensura, quam Cosam vocant, cujus 30. faciunt unum gradum: ut adeo quævis sic duorum milliarium Italicozum, MARSM. l. c. P. l. n. 8. p. m. 182.

TUR-

ra sua dimetiri feverunt, perantiqua voce *Riſſa* five *Raſta*

TURCARUM milliaria Italiciſ cententur equalia. *MARSM*, l. c. p. 182. *RUSSI* vias ſuas metiuntur per *Warſtas* five *Werſten*, quarum una conſtat 500. paſſibus, adeoque 5. faciunt unum milliare Germanicum aut Polonicum. Alioqui milliare *Raſſicum* cenſetur ſtadiis ſex, paſſibus 750. & *Muſcoviticum* ſtadiis octo, five 1000. paſſibus. *MARSM*, l. c. C. I. p. 12. *DAVITY* l. c. p. 138.

GALLI HISPANIQUE viarum menſuras determinat *Leucis*: illi voce *Lieue*, hi *Legua*, utuntur. Hanc vocem *PERIONIVS* in libro de *Lingvæ Gall.* cum *Græca* cognatione deducit a *λευκός* i. e. *albus*, quod *albis lapidibus* ſignarentur milliaria. *SPELMANNUS* in *Gloſſar.* (eumque ſecutus *VOSSIUS* de *Vit. Serm.* L. II. c. II. & L. III. C. 19.) originem repetit a *Gallis*, qui itinera ſua, more Romano, lapidibus ſoleant diſtinguere, nempe ut ſit a *Leach* quod *lapidem* notat *Britannis*, quorum lingua cum *Gallica* quodammodo convenit. Erat vero *Leuca* 1500. paſſuum. Hodie eſt 2000. paſſuum. Add. *WISSENBACH*, l. c. & *DAVITY* qui p. m. 137. ſcribit: *Lieue* eſt us mor proprie *des Gaules*, le quel chez *S. Hierome, Jornandes, Marcellin,* & dans l'itinaire d' *Antonin*, ſignifie une meſure de 1500. pas, & telles ſont encore de preſent les *lieues*, dont on ſe ſert proche de *Paris*. En *Gasconne*, & en pluſieurs autres endroits elles ont 4000. pas. Dans la coutume de *Touraine*, du *Maine*, & d' *Anjou*, il eſt fait mention d' une certaine *lieue* de *Molin*, qui eſt determinee par mille revolu-

tions d' une roue, de la quelle le contour eſt de 15. pieds, c'eſt a dire de 3. pas, & par conſequent une telle lieue ſeigneuraille contient 300. pas, qui ſont une heure de chemin, c'eſt, a mon avis, la plus commune, dont on ſe ſert en *France*. *Surita* aſſure, que la lieue d' *Eſpagne* contient 3000. pas & d' autre partie trouve qu' elle en a 4000. C' eſt ſans doute comme en *France*, on en diverſes Provinces elles ſont de diverſe etendue.

GERMANI, ANGLI, SCOTI, DANI, NORVEGI, SVECI, SCANDI, POLONI, LITHUANI, cum *ITALIS* utuntur vocabulo *Milliarum*, *Mila*, *Mile*, *Meile*: quamvis in ſingulis hiſ *Regnis* ac provinciis diverſa ſit *Milliariorum* menſura. Le plus grand de tous ces *Milliaires*, ou *Lieues*, ait *DAVITY* l. c. p. 137. eſt celle de *Norvegie*, la quelle au rapport de *Pontanus*, contient 8000. pas, la quelle eſt preſque ſemblable a la lieue *Gothique*, quoique en quelques endroits elle n' aye que 6000. pas. La lieue commune d' *Alemagne* & de *Pologne* en contient 4000; celle d' *Italie*, d' *Angleterre* 1000. Quamvis *MARSMANNUS* doceat, *Anglos* triplicia habere milliaria: *Majora*, quorum 27 $\frac{1}{2}$. æquant gradum; *Mediocria*, quorum 50; & *Minora*, quorum 55. vel 60. Quod de *Mathematicis* haud dubie intelligendum. Add. *MARSMANN.* in *App.* ad C. VII. p. 102. ubi ex *GARAMUELIS* *Matheſi* apponit varias *milliarum* computationes ſecundum pedes & paſſus. Sed de *Germanicis* mox dilucidius.

X. (a)

Rasta (a) olim designarunt, hodie autem *Milliaria*, Romanorum more, appellitant. Quemadmodum vero in aliis Germaniæ Provinciis Jus viget commune, in aliis proprium, ita & aliæ Provinciæ *communibus* utuntur Milliaribus, aliæ *propriis*; quorum illa obtinent, ubi peculiaris milliarium mensura, lege vel usu non est recepta, hæc vero, ubi talis datur. Sed cum Milliarium dimensio vel ex sententia Mathematicorum, vel ex auctoritate Imperantis, vel ex vulgi opinione, fieri possit: *Communia* Germaniæ milliaria non incommode in *Mathematica*, *Legalia* & *Vulgaria*, dispesci possunt. *Mathematica* dicuntur, quæ a Geographis, graduum coelestium ratione in calculando habita, describuntur, ac mathematice per aërem linea recta mensurantur. (b) Atque hæc iterum distribuuntur in *Minora*, quæ 4000. passuum, sive 32. stadiorum; *Mediocria*, quæ 5000. passuum, sive 40. stadiorum; denique *Magna*, quæ 6000. passuum, sive 48. stadiorum, censentur. (c) Quid *Legalium* milliarium nomine veniat,

F

ex

XI. (a) Ita forte dicta, daß man da rasten oder ruhen dürffen. Talem Rastam vero, alii, geminas Leucas, alii tria milliaria Italica, adæquasse censent. MARSM. C. IV. n. l. p. m. 78. DAVITY. l. c. p. 138. *des Rasses d'Allemagne* ita interpretatur: *Ces sont des certaines pierres, ou pieces de bois disposées dans les chemins, pour soulager ceux, qui sont charges.*

(b) Scil. dum gradum coelestem dividunt in 60. minuta, & cuilibet minuto assignant mille passus, i. e. milliaria Italicum; vicissim in

unum gradum computant vel 15. vel 12. vel 10. milliaria Germanica: unde provenit minorum, mediocrium & magnorum mill. Germ. quantitas.

(c) Variant tamen Mathematici in computando. JOH. HEINR. VOGT, Mathematicus Stadenfis; *Cent. I. Mathematischer Baritäteten* n. II. inquit: Die Geometra sind nicht etnerley Meynung, was vor eine Länge eine deutsche Meile eigentlich halte. Sondern auch die Meilen in Deutschland gar ungleich, bald groß, bald klein, bald mittelmäßig gefunden werden. Uns-
gemein

ex dictis facillè intelligitur : Scil. certum ac determinatum spatium, quod pro milliari vel expressa lege ab Imperante est præscriptum, vel per legitimam consuetudinem introductum, atque adeo cum usu populi receptum, tum Imperantis auctoritate saltem tacite approbatum (d.)

Vul-

gemein wird davor gehalten und gerechnet:

	Stadia,	Passus,	Pedes,	Stunden
eine grosse Deutsche Meile auff	— 40.	5000.	25000.	2.
eine Mittelmäßige	— 36.	4500.	22500.	1 $\frac{4}{5}$.
e ne Kleine	— 32.	400.	20000.	1 $\frac{2}{3}$.

Ut plurimum Mathematici in computandis gradibus celestibus, utuntur minoribus, quæ & a multis communia Germaniæ milliaria vocantur. Sic Dn. WEIDLERVS *Inst. Math.* p. 404. ex RICCIOLLO Milliariū Germanicum definit, quod itinere suo intra biborium pedes expeditus emetitur, æsque 4000. passuum. HENR. BUNTING *Itinerar.* S. p. 21. f. Diweil in Teutschland mancherley Meilen seyn, klein und groß, so will ich in diesem meinen Buch allein gemeine teutsche Meilen verstanden haben: Wie wir in Sachsen, und im Lande Braunschweia gebrauchen, deren 15. auff einen Grad des Himmels gehen, und also eine jede 4. Welsche Meilen, oder 4000. Schritt in sich hält. *Mediocria* nonnulli *Svevica*, aut *Helvetica*, nominant. BUNTING, ib. Die Schweizer-Meilen und die Schwäbischen Meilen seyn viel größer: Denn da unsere gemeine deutsche Meilen 32. Stadia oder 4000. Schritt halten, da haben die Schweizer und Schwäbischen Meilen 40. Stadia, oder 5000. Schritt;

daß sie also ein ganz Wertzel einer Meilen größer als unsere gemeine Deutsche Meilen. Variant tamen nonnulli, ac milliaria Germanica, vel pro diversitate provinciarum, vel etiam universim, multo majora faciunt. Sic PHIL. BRIETUS in *Parall. Geogr.* P. 1. L. III. C. VI. S. 4. p. 56. *Milliarium Saxoniorum decem*, tradit, unum conficere gradum: ut adeo *Saxonicum* milliare idem esset cum Germanico *magno*. Idem *Hastiacum* definit, quod sit octava sui parte Germanico mediocri grandius, atque ita 45. stadiorum, seu 5625. passuum. Adde: *Sex Austriaca milliaria reddunt* 8. *Francica*, *Rhæticorum* & *Svevicorum* 8. unum conficiunt gradum. HEINLINUS veto in *Synops. Math. Univ.* P. II. *Geogr.* C. II. p. 672. f. ex LIPSIO tradit, milliarem Germanicum constare 64. stadiis, atque adeo 8. milliaria Italica complecti add.

MARSMANN C. IV. n. 3. 4. 5.
(d) Vid. MARSMANN C. VII. n. 9. 13. p. 123. seq.

(e)

Vulgaria denique milliaria sunt vaga, incerta, indeterminata, & nunquam mensurata spatia, sed quæ vulgus temere & pro lubitu suo vocat milliaria, nulla lege, nulla consuetudine legitima, confirmata; quorum adeo aliud alio mox longius, mox brevius est; prout vel pagus, vel urbs, vel aliud signum, pro termino visibili forte fortuna sese obtulit. (e) Quod si igitur lege, vel consuetudine certa, definita sint milliarium spatia, omnia in aprico sunt, quoties de milliariibus quæstio exoritur. Si vero legalia milliaria deficiant, anceps est disputatio, quo pacto sint definienda. *Juri* certe in diversa abeunt: alii *opinionem vulgi* sequendam esse opinantur: (f) alii vero, *mediocria* ex tri-

F 2

plici

(e) Dicuntur a nonnullis *Leitische* Meilen. Ita HENNING GOEDENUS in *Consil.* 12. daß im Rechten von zweyerley Meilen geschrieben, die eine ist durchs Recht ausgemessen worden, also, daß 1000. Paß eine Meile sollen machen &c. Die andere Meile ist eine *Leitische* Meile, oder *Milliare* vulgare, und hat im Rechten keine gewisse aufgesetzte Maße, wie viel Paß, Fuße Schritt oder Ruthen, die haben soll, sondern nimmt ihre Länge von gewöhnlichen Maßnen, und aus dem Gebrauch eines jeglichen Landes, da man der Meilen gebrauchet. Derohalben so sind auch die Land- oder *Leitische* Meilen, in Ansehung allerley Landen, ungleicher Länge, ungewisser Maßnen, und in einem Lande länger, im andern kleiner und kürzer. Exemplo sint *Westphalica* milliaria, quorum longitudo, ex vulgi opinione æstimata, præ ceteris

prædicatur vulgato versiculo:
Hospitium vile, greb Brod, Dänn Bier,
lange Mile.
Sunt in Westphalia, & non vis credere,
loop da.

v. *Curios. Antiquar.* p. 454. Ita etiam SCHNEIDEWIN, ad *J. Rurhus* 5. n. 40. I de Act. *Milliaria vulgaria dinumerari debent, secundum consuetudinem, ut vulgarem reputationem cujuslibet loci & regionis*, add. *MARSM.* l. c. p. 83 & 189.

(f) Ita censuit modo excitatus HERM. GOEDENUS *Ordinis Jurid.* Vitemberg, quondam *Ordinarius* in *Consil.* all. verb. Und ist demnach die eine gewöhnliche Land-Meil eines jeglichen Landes, die in den Landen, da der Meilen Gebrauchung ist, eine Meile gewöhnlich genannt, dafür gehalten, verlohnet, geschätzt, und gewöhnlich für eine Meile von altersher geachtet ist worden, ungeacht, ob eine kürzer ist, denn

plici *Mathematicorum* classe feligenda, arbitrantur; (g) quamvis etiam in his definiendis sententiæ faciunt divortia. (h) Non solum vero circa quantitatem milliariam defi-

denn die andere. Eadem est Sententia Summi cujusdam Jcti, ut a MARS-MANNO vocatur, qui & *Consilium* ejus, *Mitolog. Cap. VII. p. 172. seqq.* exhibet, cum sua refutatione. Argumenta potiora, quibus utriusque Jcti sententia nititur, sunt hæc: *Primum* est desumptum a *vi consuetudinis & vulgaris sermonis*, quod Statuta, Privilegia, Pacta &c. sint intelligenda secundum consuetudinem cujusque loci, & communem loquendi usum, quodque ita, ut vulgus opinatur, res se habere præsumatur, per *L. 1. pr. verb. Circumcoletium. ff. de Flumin. L. Labeo ff. de Supell. Legat. PAUL de CASTRO ad L. 1. ff. Si quis cautionib. in judic. BARTOL. de SAXO FERRATO in T. Testimonior n. 45. ubi: Dixi, si vulgi opinione & fama, inter loca certus milliarius numerus nuncupatur, illi standum, nisi probetur contrarium. Credendum est enim illud vulgare & antiquum a certa antiquorum mensuratione sumfisse exordium, MASCARD. Vol. II. Concl. 1060. n. 13. ubi, probari etiam, vult, *Milliare per famam & vulgi opinionem, eique standum esse, nisi probetur contrarium*, aliosque. Verum admitti quidem hæc possunt, si certa milliaria mensura per legitimam consuetudinem fuerit recepta, atque vox vulgi in eadem determinanda consentiat, Attamen nihil inde*

pro vulgarium milliaria valore concludi poterit. Quod si enim vulgus dissentiat, atque alius spatium quoddam inter duo loca pro uno milliari, alius vero ejusdem longitudinis spatium, inter alia duo loca pro $1\frac{1}{2}$ habeat: nihil sane certi in definiendis questionibus juris ex ore vulgi proveniet. *Alterum* argumentum petitum est ab *effectu temporis immemorialis*, quippe cujus lapsus operetur præsumtionem veritatis, legis, vel pacti aut transactionis: unde milliaria ultra hominum memoriam observata, pro veris milliariis putant esse habenda, perinde ac si lege vel pacto fuerint definita. Sed hoc itidem non nisi de certa milliaria mensura, ubique in terra ista, ubi ab omni ævo observata esse dicuntur, sibi æquali, exaudiri potest.

(g) Quod in dubiis nec minimum, nec maximum sit statuendum, L. 12. §. 2. ff. *Rem. Rat. hab. L. 37. ff. de Legat.*

(h) Sic alii, in decidendis juris controversiis, Milliaria commune 5000, passibus metiendum, putant, uti MARS-MANNUS Cap. IV. n. 9. 10. 11. JOH. VOLCK, BECHM. *Exerc. Exot. J. Publ. X. Th. 23. n. 8. MYNSING, Dec. 6. Resp. 54. n. 8. Jcti Helmstädienses ap. MARSM. C. VIII. n. 34. p. 340. Alii vero non nisi*

definiendam, sed etiam circa locum, ubi mensura incipi-
enda, per quem continuanda, & in quo finienda sit, discre-
pant. Sed de his infra ex instituto. Ceterum Jctorum
auctoritas hic æque minus, ac Mathematicorum senten-
tia, aut vulgi opinio, sufficiet.

§. XII.

Sed quæ nonnullis Germaniæ Provinciis *propria* Milliaria
nonnullis
Germaniæ
Provinciis
propria.
sunt Milliaria, & peculiarem habent quantitatem, &
peculiarem mensurandi modum. (a) In hunc
F 3 cen-

nisi 4500. passus milliari mediocri tri-
buunt. Quam sententiam, DOGENI
& JO. CARAMUELIIS auctoritate sub-
nixam, etiam Jcti Vittembergenses
amplexi sunt, atque a. 1662. SERE-
NISS. SAX. ELECTORI exposue-
runt, in Responso quod D. MARS-
MANNO a 1672. dederunt, repetitam,
verb. daß die Meile nicht nach ange-
führten Schöppen Urtheil, sondern viel-
mehr nach der gemeinen Art, und wie
es die deutschen Feld-Meßer jederzeit
im Gebrauch gehabt, jedoch dergestalt,
daß sie weder zu groß, noch zu klein
falle, zu messen, und wird also die mit-
telmäßige Meile 1500. Ruthen, und
jedwede Ruthe 15 Schuhe oder $7\frac{1}{2}$
Werck-Ele und also zusammen 22500.
Schuhe, oder 4500. Schritte in sich
begreifen, &c. ap. ZIEGLER. de I. M.
L. I. C. XLIII. §. 9. 10. 11. Contra
quam tamen dubia nonnulla movet
MARSMANNUS p. 90. tum quod a
communissima Geodatarum & Jcto-
rum sententia recedat, tum quod com-
munissimo Civitatum Saxonicarum

privilegio, postea exponendo, deroget.
Nihilominus postea quoque Jcti no-
stri eandem sententiam in pronun-
ciando servarunt. Vid. Magnif. Ord-
narius Dn. WERNHERUS in *Obs.*
For. P. 1. O. 201.

XII. (a) Quippe quæ, non ex pas-
sum & stadiorum, sed ex pedom, ul-
narum, virgularum, catenarum sive
funiculorum, & jugerum numero,
nach Gewänden, oder Notgen, Ruthen,
Ketten, oder Säilen, Ellen und Füßen,
definiuntur. *Jugerum* alii a jugo,
quod tantum fere spatii uno jugo
boui in die arari possit, alii ex duo-
bus actibus quadratis, ex quibus con-
ster, dictum putant. vid. PLIN. *H. N.*
L. XVIII. C. 3. COLUMELL. L. V.
C. 1. Sed in Longimetria certam vir-
gularum, apud *Silesios* 50, apud *Saxo-
nes* & *Megapolitanos* 60, vel etiam
funiculorum, velut apud *Bohemos* 5,
notat longitudinem, MARSM. p. 105,
106. & 198.

(b)

centium referenda sunt *Bohemica, Vratislaviensia, sive Silesiaca, Megapolitana, denique Saxonica.* BOHEMICA *milliario, constitutione PRIMISLAI OTTOCARI, Bohemiae Regis a. 1268. ita definita sunt, ut unum complectatur 60. jugera, sive 4755. passus Geometricos. (b) SILESIACA, ex dimensione Vratislaviensium (c), publica auctoritate, ita constituta sunt, ut singula contineant 30. jugera, sive 300. catenas, ulnasve Vratislavienses, sive Silesiacas 1250. (d) computatio-*

(b) Ein Gewende Feldes ist 5. Saile lang, und hält 210. Präger dreyßpännige Ellen, oder 630. Spannen (Lichades). Ein Pfuggrätlein soll dergleichen mäsig seyn, also, damit sichs in einem Gewende 60. mahl umwenden möge. Eine Weil-Weges soll 60. Gewende Feldes lang, und soll 300. Saile halten. Eine Weil-Weges soll 12600. Ellen oder 37000. Spannen halten. vid. *Edictum Reg. ex WENC. HAGACII P. I. Histor. Besch. des Kön. gr. Böhmens.* fol. 330. fac. 2. sq. ap. MARS. p. 196. seq.

(c) *Norma & fundamentum Milliarum Vratislaviensium per Silesiam usitata, est interstitium inter extremitatem pontis Vratislaviensis, ad portam, das Sand-Thor dictam, usque ad primum pagi sepimentum versus sinistram situm, a. 1630. d. 23. Aug. auctoritate Supremi Capiteaneatus uiriusque Silesiae Administris, HENRICI WENCESLAI, ejusque fratris, CAROLI FRIDERICI, Ducum*

Munsterbergenium, nec non SENATUS VRATISLAV. ut liquet ex literis testimonialibus ap. MARS. p. 112. verb. Die Verordnung gethan, das die zwischen der Stadt Breslau und Hundesfeld gelegene Weile, durch unsere hierzu gesandte Deputirte den 23. Aug. dieses Jahres mit einem 5. Breslauerische Ellen in der Circumferenz haltenden Maße abgemessen worden, die denn bey ihren uns geleisteten Pflichten referiret, und berichtet, das sie von dem eussersten Ende der Brücken des Breslauerischen Sand-Thores angefangen, dem Stein- oder Fahr-Weg nachgegangen, und bis an den eussersten Jeun zum Hundesfeld ic.

(d) *Dimensio fit vel per catenas, quarum 10. faciunt unum jugerum, singulae vero constant 37 $\frac{1}{2}$. ulnis: vel per virgulas, quarum 50. efficiunt jugerum, singulae vero, ulnas 7 $\frac{1}{2}$. continent. MARS. p. 113.*

(e)

ratione ab extremis suburbii domibus von den Flur-Zäunen (e) inchoata, atque recta per viam regiam linea continuata. (f) MEGAPOLITANA duplicis generis esse censentur, Germanica & Vandalica (g). Germanicum juxta Megapolitanam dimetiendi rationem, constituitur ex jugeribus 30; Vandalicum vero ex 60, jugeribus; ita tamen, ut utrobique 60. virgulæ sub uno jugere, & sub una virgula 16. pedes computentur. (h) §. XIII.

(e) Vox Flur-Zäune Silesiæ & Lufatis idem est, quod Rhenanis der Stadt-Baan, Burg-Baan, & Saxonibus Reichbild: atque adeo in latiori sensu notat districtum agrorum intra fines civitatis vel pagi litorum, jurisdictione munitum, qui & Territorii nomine venit; prout CAROLUS IV. Bob. Rex vocem Flur-Zäune declaravit peculiari Constit. a. 1374. verb. Daß der Bürger zu Budisim Flur-Zäune do enden und wenden sollen, do derselben Acker und Wiesen menden, allenthalben zu Krense um Budisim &c. vid. MARSM. C. VIII. p. 316. AHASV. FRITTSCH. de District. Univ. sive Fluor-Recht. C. I. §. 4. Sed h. l. in sensu strictiori capienda, & ad continentia ædificia restringenda videtur. v. lit. seq.

(f) vid. Respons. Senatus Vratislavi. Senatui Budiss. datum d. 14. Sept. 1615. verb. Daß unsere Vorfahren, so wohl auch wir, vor Recht erkennen, daß eine Meile in Schlesiens 30. Gewände oder. 300. Ketten, derer jede 37½. gemeine Schlesiße Ellen hält, lang

seyn; ein Gewände 50. Rutzen, eine Rutze aber 7½. Ellen halten soll, und wird die Meil gemessen, anzufangen von den Flur-Zäunen, bey dem letzten eussersten Hause der Vorstadt, der geraden Land-Strasse nach. vid. MARSM. p. 113. Simile Responsum Scabini Vratislavienses d. 29. Nov. a. 1603. dederunt Senatui Freibergensi. v. BEIER ad SCHULZII Synops. Inst. de Excus. Tit. p. 176.

(g) Forte rectius Venedica; siquidem gemitus in terris Megapolitanis est populus Germani & Venedi: unde Duces Mecklenburgici etiam Principes Venedorum audiunt. Venedi vero cum Vandalis sæpe confunduntur. v. SCHVRZEL. de Reb. Mecklenb. §. 6. DN. PRÆS. J. Publ. L. I. C. XII. §. 14.

(h) Quam mensurandi rationem præ reliquis tanquam æquissimam approbat JOH. KOEPPEN. in Decis. Illustr. P. I. qu. 16. n. 14. seqq. add. MARSM. p. 106. seqq.

§. XIII.

Saxonica
Milliaria.

In SAXONIA nostra quatuor Milliarium genera celebrantur. (a) *Primi generis sunt Majora, eaque antiquiora, quæ ex determinatione Glossæ, & veterum Scabinorum Lipsensium sententia, 60. jugera, sive 3600. perticas Saxonicas, ulnasve 27000. complectuntur.* (b) *Alterum genus*

in

XIII. (a) Vid. TOB. BEUTELS Geometrische Gallerie p. 129. seqq.

(b) Ita Glossa ad L. III. Land. X. art. 66. Eine Meile Weges soll von Rechtswegen haben 60. Gewende, und ein jedes Gewende 60. Ruthe, und eine jede Ruthe $7\frac{1}{2}$ Ellen. Cui consonat Scab. Lips. sententia Weichbilds Tit. Ob Edelleute auff ihren Lehn-Gütern mögen brauen? subjuncta & in Decis. Saxon. ipsi juri Weichbildico subnexarum ultima fol. 161. Rubr. Was ein Meil-Weges sey? exposita. Eadem Glossa & instrumentum mensurationis indicatur, Rota scil. cujus peripheria $7\frac{1}{2}$. ulnas continet, ibi: Man pfleget aber die Meilen mit einem Rade zu messen, welches achthalb Ellen im Circul hat, darein soll ein Nagel geschlagen werden, da man die Ruthe und Gewende mit mag messen. add. WEHNER. Observ. pract. v. Meilen. *Perticarum vero & ulnarum quantitas non una ratione definitur. Glossa Perticæ Saxonice $7\frac{1}{2}$. ulnas tribuit: Addit tamen; Wo aber eine Stadt eine eigene Erb-Ruthe hätte, die mehr hielte, daselbst mag man auch dieselbe gebrauchen. Item Ellen und*

Ruthe sollen gebrauchet werden, die des Orts, da die Irrung ist, gebräuchlich sind: ut adeo ulnæ, non mathematicæ, seu cubitales, sed in quolibet loco usitate, accipiendæ sint. add. WEHNER l. c. MARSM. c. V. n. 9. p. 109. Ceteroqui *Perticæ mensura etiam per Pedes, diversimode tamen, constituitur. Glossa Sax. l. c. lit. b. ita: Und 15. Füsse machen eine Ruthe, dieselbs sollen 15. Bauern messen, wie sie des morgens nach einander aus der Kirche gehen. Paulo alter WEHNER l. c. In etlichen Orten wird die Messruthe also gemacht; Es sollen 16. Mann klein und groß, wie die ungefehrlich aus der Kirche gehen, ein jeder vor den andern ein Schuh stellen &c. Aliter etiam COLERUS im Hauf. Buch. L. 4. ibi: Wenn die Bauern aus der Kirche gehen, so giebt der Schultheiß oder Dorff-Richter einen Schuh, und 7. Schöpffen jeder zween, welche zusammen 15. Schuhe, und also eine Ruthe machen. conf. JAC. MEYER. *Compend Geometr. p. 8. Sed, utrum antiqua hæc Milliarium Saxonicoꝝ mensura jure obtineat usuque sit recepta? inter JCos disceptatur. MARSM. Mikol.**

in re venatoria olim usitatum fuit 21. longioribus pannis,
 G five

Mitol. C. IV. n. 1. seqq. p. 1. 19. & Cap. VII. P. 2. n. 4. seq. quaestionem affirmat, ob summam non solum GLOSSÆ, sed etiam FCTORUM LIPS. de moribus Saxonis attestantium, imo & aliorum FCTORUM & Collegiorum Juridicorum, eandem sententiam probantium, auctoritatem: nec dubitat, quin etiam extra Saxoniam illa, quæ jure utuntur Saxonico, frui queant largo isto milliarium Saxonorum beneficio. Et negari nequit, usu olim in terris Saxonis hanc mensurandi rationem invaluisse. Quod confirmat antiqua annotatio, quam, in Bibliothecæ paternæ schedis consignatam, invenit B. ZIEGLERVS L. I. c. XLIII. §. 14. de J. Maj. inserta; scil. jam a 1509. GEORGII Ducis justu talem dimensionem susceptam fuisse: verb. 3. Georg v. S. hat dem Rath zu Leipzig geschrieben, ihrer Unterlassen 2. gegen Kemnis zu verfertigen, mit genugsamen Unterricht eine Meile zu messen. Demnach haben die Herren &c. zu messen mit einem Rade, das mit einem Umbgange die Länge einer Rathen gleich treffen soll, und die Ruthe soll seyn 7 $\frac{1}{2}$. Elle lang, soll eine Meile halten 60. Gewende, und ein Gewende 60. Rathen. &c. Eandem mensuram FCTI quoque LIPSIENSES in Scabinatu æque ac Facultate Juridica usque adhuc in pronunciando observarunt. vid. CARPZ. P. IV. Const. El. ult. def. ult. RIVIN. ad Proc. Sax. Tit. XXVII. Enunc. 7.

MARSM. C. VI. n. 6. & 18. G. BEYER. *Specim. Jur. Germ. Cap. XVI. §. 10. Calculum quoque iis adjecerunt SCABINI HALLENSES, FCTI FRANCOFURTENSES, JENENSES & HELMSTADIENSES, quorum præjudicia collegit MARSM. l. c. n. 7. & C. VII. P. 2. n. 86. 89. C. VIII. n. 33. 44. Imo & in Lusuria Saxoniam hanc Milliarium dimensionem locum habere visum fuit; postquam FERDINANDUS I. Imperator & Bohemæ Rex, lite inter Civitatem Guben, & reliquos inferioris Lusatie Ordines mota, pronunciavit, daß die Meilen nach den Sächß. Rechten, und wie die Ellen in der Stadt Guben, und in selbigen Reichthilde und Creyße gebräuchlich seyn, verstanden und gehalten werden sollen; eo quod Jure Sax. utatur tota Lusatia. Quæ sententia non solum olim FCTOR VITEMBERGENSIUM sed & postea LIPSIENSIVM, aliorumque Collegiorum suffragio approbata fuit. v. MARSM. C. VII. P. I. n. 37. & P. 2. n. 91. At jam dudum ab ista GLOSSOGRAPHI Saxonici, & SCABINORUM LIPS. computatione recesserunt FCTI VITEMBERGENSES, quorum Ordinarius H. GOEDENUS in *Consil. all. eam primus rejecit. Et licet postea denuo eandem probarent Antecessores Vitemberg; uti ex traditis JOH. SCHNEIDEWINI ad §. Datus n. 3. seq. J. de Excus. Tur. & ad §. Rarusus 5. n. 40. sqq. ac G. SCHULZII in Synops.**

five no25. ulnis, terminatum, (c) *Tertium est ab AUGUSTO,*

Synops. Inst. T. 25. fin. nec non ex antiquo satis FCT. VITEMB. Responso an den Land-Boigt des Marg-Graffthum Lauffig exarato ap. ZIEGLER, de *F. M. L. 1. c. XLIII. §. 13. & MARSM. p. 147. patet. Successores tamen iterum, deserta veteri computatione Geometrarum nonnullorum, Milliarium mediocre 4500 passibus metientium, calculum sequuntur, rati, liberali ista milliaris commensuratione libertatem eorum, qui ruci degunt, prorsus extingvi, eandemque geometrica rationi dudum recepta parum convenire. Quas rationes suas in *Relatione* ad Principem Electorem A. 1662. transmissa, atque *Responso* ad J. G. MARSMANNUM a. 1672. dato apud ZIEGLER. 1. c. §. 10. II. fusius edisseruerunt. Rejecit quoque Lipsiensium mensurationem summus iste *FCTUS*, ejus *Consilium* exhibet, & ex instituto oppugnat MARSM. *Mil. C. VII. P. 1 & 2.* Et licet hic etiam Vitembergensium rationibus nonnulla regesserit, C. VI. n. 13. iidem tamen sententia sua semper inhaerunt. Quocirca denuo Responsum, pro eadem evienda conceptum, in *Conclus. Forens. A. 1704.* in hac Cathedra ventilatis, Magnif. Dn. WERNHERUS publici juris fecit. Quamvis in contrarium niteretur, atque Saxoniam computandi rationem adstruere conaretur D. JOH. HENR. MYLIUS, Scabinaeus & F. J. Assessor in *Conclusionibus* quibusdam forens. Resp. filio suo, Lipsiae propositis, Sicut & *Lipsienstem* opinioni subscripsit B. GEORG.*

BEYERUS in *Spec. F. Germ. L. 1. C. XVI. §. 11.* opinatus, hoc privilegium (Sc. juris cerevisiarum) cum proprio tale non sit, sed medium, jus commune in civitate conservandi, ampliandum potius, quam restringendum; nullum incolis pagorum ex privatione rei, quae ad ipsos non pertinet, praedictum enasci; hanc computandi rationem non a Scabinis Lipsiensibus excogitatam, sed longorum usum, & inveterata consuetudine ad eos propagatam, atque adeo lege scripta non opus esse, ubi observantia & consuetudo negari non potest. Ceterum, ne quid dissimulemus, veterem istam milliarium mensurationem nec in Saxonia Electorali in univ. receptam fuisse, ex *Edicto Electorali* dem Churf. Sächs. Ausschreiben, die Brau-Nahrung dieses Churfürstenthum und incorporirten Lande betr. d. d. Dresb. den 31. Dec. 1676, addiscitur, his quidem ex verbis: Weil auch ferner wegen Ausmessung der Weilen Zweifel vorgefallen, so würde zwar solcher Punkt bis zu einer allgemeinen Landes- Fürstlichen Decision billig ausgesetzt, jedoch daß es an denen Orten, wo gewisse Weilen-Steine gesetzt, oder auch sonst richtige Verträge, Urtheile oder Abschiede verhanden, bey denselben unverrückt gelassen, immittelst auch, und bis zu fernerer Landes- Fürstlichen Decision oder Ausmessung der Weilen, als weit sie gemeinlich genannt und geachtet würden, gerechnet werden.

(c) BEUTEL, *Geom. Gall.* p. 130.

(d)

STO, gloriosa memoria Electore, 1500. perticis, vel 12000. ulnis Dresdensibus, definitum, adeoque Germanico Geographico ferme æquale, in dimensione terrarum Saxoniarum, ipsius ævo suscepta, adhibitum. (d) *Quartum* denique inter priora medium, superiori seculo primum, pro terminandis feliciter, quæ cum Ordine Equestri Civitatibus de jure cerevisiario intercedunt, controversiis a *SENATU REGIMINIS ELECTORALIS* 2000. perticis, sive 16000. ulnis Dresdensium, 8. ulnis in perticam computatis, determinatum, ac Mensuris juratis, in mensurandis milliaribus lite hujusmodi exorta, pro norma præscriptum. (e) Eandem Milliarum Saxonici mensuram nostro etiam seculo Potentissimus REX & ELECTOR noster *Rescriptis* ac *Decisionibus* novissimis comprobavit (f):

G 2

cum

(d) BEUTEL, l. c. & *Arbores. Mathem. P. II. Astrol. p. 528, 539. 530.* ubi & hoc notavit, loco ulnarum $7\frac{1}{2}$. AUGUSTUM 8. ulnas Dresdenses, utpote breviores, in perticam computasse. Cæterum hanc milliarum definitionem, ad geographicam potius, quam juridicam dimensionem spectasse, vel inde, MARSMANNO C. V. *Addit. p. 18.* iudice, colligendum videtur, quod CARPZOVIVS in *Jurisprudencia sua Forensi, ad Constitutiones D. AUGUSTI* conscripta P. IV. C. *ult. d. ult.* non hanc geographicam, quæ sit 1500. virgularum, sed Saxoniam antiquam, quæ virgularum 3600. allegaverit.

(e) BEUTEL. *Geom. Gall. p. 131.*

(f) Tale est Rescriptum d. a. 1706. e summo Accisiarum Collegio emissum, ubi, Nach 1600. Dresdnischen Ellen oder 2000. achteckichten Rutben, als soviel wir bey der General Accis auf eine Meissnische Viertel-Meile gerechnet wissen wollen &c. Quod repetitum in alio Rescripto d. a. 1715. verb. Worbey wohl zu merken, daß die Viertel-Meile nach 500. achteckichten Rutben, oder 4000. Dresdnischen Ellen gerechnet werden muß &c. Eandem Milliarum dimensionem in novissimis Comitibus Provincialibus *Decretum Regium & Electorale*, quod inferius integrum exhibemus, verb: Die Ausmessung der Meile in Zukunft jedesmahl nach 16000. Dresdner Ellen &c. firmavit.

(g)

cumque & circa *terminum*, a quo (g) mensurationis initium fit faciendum, & circa *terminum ad quem* (b) eadem fit per-

(g) Alii a *porta* urbis computationem exordiantur, uti M. COLERUS P. I. *Decis.* 215, P. M. WEHNERUS *Obs. Pract.* v. *Weile*. JOH. STRAUCH *de Cent. Lapid. Urbicar.* ad §. *initio ejusd.* n. 11 atque olim JCTI *JENENSES* ap. CHR. PH. RICHTER *Consil.* 67. *Part.* 1 & MARSM. p. 328. seqq. Unde SCHEFFERUS, cum, GOEDENI nixus sententia, *Dicafterium Jenense* hac de re consultisset, se Rebuffum tulisse, festive scribit, P. 1. Qu. 24. n. 5. Sicut & in Thuringia hanc sententiam prævalere testatur DILHERR, in *Contin. Thes. Pract.* *Besoldi v. Weile*. Eandem quoque defendit Summus iste JCTus ap. MARSM. C. IX. n. 3. Alii vero, Juris regulam L. 145. de V. S. sequuti, a *continentibus aedificiis* miliaria numeranda censent; eo quod, licet urbis appellatio muris finiatur L. 2. de V. S. aliud tamen sit urbs, aliud civitas, utpote quæ *continentibus aedificiis* circumscribatur. L. 147. *§. 154. eod.* neque etiam privilegia tam urbi, quam civitati concessa intelligantur, quæ non in muris, sed in viris consistat, atque adeo eos etiam, qui extra muros & pomeria habitant, complectatur. Hæc sententia uti jamdudum JCTIS VITEMBERGENSIBUS, H. GOEDENO in *Consil.* XII. n. 7. SCHNEIDEWINO ad §. *Rursus* 5. n. 40. *J. de Act. placit.*, Collegiorum quoque VITEM-

BERGENSIUM inprimis, tum & LIPSIENSIIUM, FRANCOFURTENSIIUM ac JENENSIIUM calculo comprobata: ita in foro Saxonico, præsertim Provocationum Senatu Electorali, prævaluit, pluresque affectas invenit. Inter hos familiam ducit MARS-MANNUS, qui & pro varietate miliarium, dimensionem modo præcise a continentibus aedificiis, modo ab ipsis territorii urbi limitibus, non videntur euffersten Flor. *Zaunen*, inchoandam esse, statuit. v. *Miliol.* C. VIII. Memb. 1. n. 18. seq. add. ZIEGLER. l. c. §. 15. Perillustris Dn. de BERGER, Affinis ad cineres usque colendus, *Oec. Jur. L. I. T. II. §. n. p. 61. Supplem. ad Elect. Disc. For. P. II. Tit. XX. p. 479. Elect. Proc. Possessor. §. 12.* Magnif. Dn. WERNHER. P. I. *Obs. For.* 122. n. 9 RIVIN, ad *Proc. T. XXVIII.* n. 7. BEYER. l. c. §. 12.

(b) *Terminum ad quem* alii quidem statuunt proxima pagi, quocumque sit, aedificia, vel etiam extremas ejus sepes. Quam opinionem amplectitur MARS-MANNUS *Cap. VIII. Memb. 2. n. 25.* ac Responsis VITEMBERGENSIUM veterum, HALLENSIIUM, & JENENSIIUM, & HELMSTADIENSIIUM JCTorum adstruit. Distingvit tamen: Utrum tantum de itinere spatii designandis sermo sit; atque sic terminum ad quem ponit in puncto illo, quo mensuris virgula finit; An vero de jure quodam inter

perducenda, & circa *spatium intermedium*, (i) per quod linea

G 3

com-

inter duo loca controversa quæatur; atque sic iterum discrimen facit inter Cauponam v. g. solitariam, & in pago sitam. Quam distinctionem probant Jcti *HELMSTADIENSES*, & ex ejus mente ita explicant: Im übrigen aber ein Unterscheid zu machen, also, daß wenn e. g. Die Schenk-Städte im Dorffe gelegen, es genug sey, daß selbige Dorff, als eine universitas ædificiorum & prædiorum, wovon die Schenk-Städte nicht geschieden, oder diverso jure zu achten, mit dem Meß-Seile erreicht werde: Dafern aber die Schenk-Städte vom Dorffe abgefordert, und vor sich allein läge oder bestünde, derselbe Zaun, Pforte oder Thür, pro termino ad quem billig zuhalten sey. Alia vero hodie est recentiorum *VITEMBERGENSIUM* Jctorum, æque ac Scabinorum *LIPSIENSIIUM*, sententia, scil. dimensionem esse faciendam usque ad illud ipsum ædificium, de quo, an intra milliare situm sit, quæritur, v. *ZIEGLER* l. c. §. 16. 17. ubi Responsum, *MARSMANNO* desuper datum. Per Illustris Dn. de *BERGER* *El. Proc. Poff.* §. 13. *RIVIN.* l. c. *T. XXVIII.* *En. 7.* *BEYER.* l. c. §. 1.

(i) Mensuratio per duplicem viam procedere potest: Primum diametraliter, per lineam rectam, & quidem, si eadem per terram, ob paludes, aquas montes, commode institui nequeat, per aërem; idque vel per instrumen-

ta geometrica, vel secundum elevationem poli: Deinde per viam magis tritam ac frequentatam, præsertim Regiam. Quod si quæatur, quam præferenda sit? in diversa abeunt: Alii distinguunt: Si mensuratio fieri debeat propter terminum eundi vel redeundi, posteriorem observari volunt; priorem, si ob causam statuti vel privilegii. Ita cum *BARTOLO* & *BALDO* sentiunt *MASCARDUS.* *Vol. II. de Probat. Consil. 1061. n. 6.* & *7.* *GOEDENUS.* *Consil. 12. n. 8.* *SCHNEIDEWINUS.* *ad §. Rursus 5. n. 43. l. de Act.* Alii vero indistincte posteriori insistendum censent. Atque hæc fuit antiquorum Scabinorum *LIPSIENSIIUM* sententia in verb. Also doch, daß die Meil gemessen werde, nicht auff das nächst über Dversfeld, sondern nach der gemeinen Straßen, da man pflegt auff zu gehen, und zu reiten, und zu fahren, &c. Quæ & postea non solum *LIPSIENSIBUS*, sed etiam *VITEMBERGENSIBUS*, ac *JENENSIBUS*, aliisquo, placuit; nec sine ratione; quod quoties de propinquitate prædii questio sit, semper eo respiciendum esse videatur, quam propinquus ad istud sit editus v. *COLLER.* *ad Cap. Olim. X. de Except. n. 19.* *CARPZ.* *P. IV. Consil. 48. def. 12.* *SCHULTZ.* *Synops. Inst. d. Excus. tit. v. mensura milliari.* *WEHNER.* *Obs. Pr. l. c. RICHT.* *Vol. I. Consil. 67.* *f. RIVIN.* *En. cit. BEYER.* l. c. §.

14. 15.

computationis sit ducenda, Jcti etiam Saxonici inter se disiderent, hæc omnia eadem Regia & Electorali auctoritate definivit. (k)

§. XIV.

14. 15. Per. III. Dn. de BERGER. *Suppl. ad Elect. Proc. Poss.* §. 13. CHR. HENR. Nob. Dn. de BERGER. Cognatus honoratissimus, in *Decis.* 21. apud quos Auctores varia hanc in rem extant præjudicia. MARSM. C. X. n. 19. discordes opiniones ita conciliare conatur, ut, si Civitas minoribus utatur milliariibus mathematicis, etiam diametralis ac Mathematica mensuratio locum habere possit: si vero longioribus Saxonice, hæc etiam, Saxonico more, per viarum anfractus, mensurari debeant.

(k) Primum quidem Potentissimus REX & ELECTOR noster pro termino a quo portam civitatis, & primas aedes pagi pro termino ad quem posuit, per Rescriptum ex Supr. Accis. Collegio d. a. 1706. verb. *Worauff* unser Befehl an dich, du wollest die Distanz ermeldter 2. Dorfschafften nochmalts, und zwar vom Stadt-Thore an, auff dem ordentlichen Fahrwege fort, bis an das erste Haus jeden Orths, ausmessen, und wenn selbige auff solche Art wirklich außer der Viertel-Meile befindlich, sie mit Abgabe der Vier-Accise gestaltten Sachen nach versehen lassen. Simile Rescriptum eod. anno repetitum est: auch von der Stadt Zwickau nach geschעהner Ausmessung, von dazigen Stadt-Thor an, bis zu den ersten unter denen Fischenischen Gerich-

ten liegenden Hause, außer der Viertel-Meile befunden worden &c. Postea vero placuit, ut mensuratio incipiat a fine suburbiorum, & extendatur usque ad cauponam; uti ex eodem S. Accis. Colleg. a. 1719. rescriptum est. verb. *Dabey* von dem Ende des letztern Hauses der Vorstadt der Stadt Pirna, oder dem Wohn-Gebäude, der Stadt-Schreiber-Mühle, so gegen die Zehister Schencke stehet, den Anfang machen, und bis dahin, wo das Wohn-Gebäude dieser jetzt-belagten Zehister-Schencke angehet, continuiren lassen. Placuit etiam, mensurationem fieri per viam publicam & frequentatam, licet non sit regia, ut ex Rescriptis ejusdem Collegii d. a. 1706. & 1715. patet vid. TOB. BARTHII *Dissens.* in *Praxi præprim. F. Sax. occur. Cent. I. Diss.* 54. n. 2. 8. & *Diss.* n. 2. 3. Atque hanc posteriolem mensurandi rationem denuo POTENTISSIMUS in Comitibus Provincialibus novissimis A. 1722. celebratis firmavit, *Decreto Regio & Electorali* in dem Königl. allergn. Decret. §. 7. auff die Preliminar-Schrifft d. d. Dresd. d. 17. Mart. 1722. verb.: *Nicht* minder ist die Verordnung ergangen, daß zu Vorkommung aller weitem Beschwerden und Beobachtung einer durchgehenden Gleichheit die Ausmessung der Meile in Zukunft jedesmahl nach 16000. Dresdner Ellen, von dem letzten

§. XIV.

Interesse autem omnino *Reipublicæ*, viarum spatia, ac locorum intervalla, certa dimensione definiri, *certamque* adeo *milliarium mensuram* constitui. Usus hujus rei in variis negotiis civilibus, ac definiendis fori controversiis est insignis: Sicut e contrario propter incertam milliarium æstimationem sæpius lites multiplicantur. Exerit vero se usus hujusmodi dimensionis potissimum 1.) in *Diætiis* (a) defi-

Interesse
Reip. cer-
tam Millia-
rium exte-
re mensu-
ram.

lechten Hause der Vorstadt auff den nechsten ordentlichen unverwehrtten Fahrwege, bis an die erste Schenk-Städte des Dorffs, und zwar dergestalt, daß wenn ein Schenk-Haus in der Weile gefunden wird, die übrigen in solchen Dorffe alle dazu mit zuziehen, ohne Unterscheid, woferne nicht einem oder andern Orte besondere Jura dufffalls zustehen, verrichtet werden solle, und haben Ihre Königl. Majest. zu Ergreifung dieser Resolution sich um so viel ehender bewegen lassen, als Sie selbige denen gemeinen Sächsischen Richten, hiesigen Landes-Ordnungen und Constitution, bisheriger Observantz, Dero Landesherlichen Interesse, und Dero Churfürstenthum und Lande Besien, gemäß befunden &c. Quamvis ab Ordine Equestri dubia quædam ad versus eandem mota fuerint in dem der Eöblichen Stände von der Ritterschafft dem untern 2. May. 1722. des Braumdesens halber eingerichteten allerthätigsten Memoriale beygefügeten Interesse,

XIV. (a) *Diæta* germ. eine Tagesreise h. l. est spatium legale, itineris per singulos dies faciendo, præscriptum. Variant autem Gentium mores circa diætas determinandas. *JUDÆIS* diæta communis fuit 12000. passuum, i. e. 12. milliarium Italicorum, ex descriptione Vatis Hebræi.

Iter diei decem Parsas

Et qualibet Parsa quatuor milliaria. Brevius fuit iter *die parasceves* expediendum, scil. 3600. passuum: brevissimum vero *Sabbaticum*, utpote non nisi 2000. passuum. *SINENSES* Diætam suam appellant *Uchan*, quæ 30000. habet passus. Leges *RO. MANÆ* diætam faciunt spatium 20. milliarium Italicorum. *L. 1. ff. Si quis caution. in judic. L. 3. de V. S.* adeoque 5. Germanicorum minorum, & 4. medicorum. In *GERMANIA* quidem peculiaris Diætatum mensura non est præscripta: Solet tamen vel ad analogiam Romanæ, vel secundum cujusque loci consuetudinem, Diæta Germanicæ certus milliarium numerus

definiendis; quippe quarum itidem varius in vita civili usus (b) est. 2.) in communissimo isto Civitatum Saxoniarum privilegio, quod *Juris Milliarum Saxonici* (c) nomine venit:

numerus assignari. Multum hic valebit arbitrium Judicis: qui tamen in definienda Dieta non semper ad mensuram Romanam adeo stricte erit alligatus, sed pro circumstantiarum varietate judicabit, & cum primis ætatis, sexus, valetudinis, temporum æstivorum & brumalium, aut tempestatum ac viarum aliarumve circumstantiarum rationem habebit. add. MARSM. Miliol. Cap. I. n. 15. & C. VII. P. 2. n. 51. 55.

(b) Sic jure Rom. certum tempus *Excusationibus* a tutelæ munere allegandis præfinitum est: Scil. Si tutor sit in eadem civitate, vel intra centesimum lapidem, 50. dies; si ultra centesimum lapidem, 20000. diurnorum cum 30. diebus. §. 16. I. *Excusatur*. De usu hujus dispositionis hodierno vid. HOPP. *Com. h. Idem spatium ante triduum, aperturæ testamenti præfixum, absenti concessum est, ubi ex Lege Julia Vicefmaria, AUGUSTI* vicefima pars hereditatis ab extraneo herede Fisco inferenda fuit, vid. WISSENBACH. *Disp. ad L. 154. de V. S.* Eadem computandæ dietæ ratio locum habere censetur in *judicio recessorio*, ubi is, qui Reip. causa abest, pro absente habetur, usque dum officium Reip. finitum fuerit, atque commode redire potuerit.

v. SCHNEIDEWIN, ad §. *Rursus* 5. *J. de Act. n. 38. n. 38. 39.* sed & usum habet Diætarum computatio in *conferendis* a Pontifice beneficiis in curia Romana vacantibus: qualia sunt eorum, qui ratione officii, vel ex causa legitima, in curia Rom. morantur, ibique vel in vicinis locis intra duas a curia dietas decedunt, v. *Concordat. Nat. Germ. c. 1. §. 1. DN. PRÆS. Intrad. ad J. Publ. L. V. C. III. §. 23. p. m. 725.*

(c) Das Sächsishe Meilen & Mecht. Cujus fundamentum est in L. III. Land-N. Art. 66. Man mag seinen Markt bauen dem andern auff eine Meile zu nahe. Ubi Glossographus lit. a. in fin. verbum. Markt exponit von allerley bürgerlichen Nahrungen, welche den Städten zuständig sind. Add. CARPZ. P. II. C. VI. def. 5. Erledigung derer A. 1653. und 1659. übergebenen Gebrechen. Rubr. Justitiens Sachen. GRAV. 118. p. 1066. ubi jura Civitatibus propria specialius describuntur. Complectitur vero *Jus istud milliarium* 1.) jus & cogendi *cerevisiarum*, den Bierzwang, & prohibendi, ne infra milliare circumcirca habeatur vinum vel cerevisia extranea venalis & ne fiant brasia aut decoctiones hujusmodi commercii causa: quippe quod utrumque, ex antiqua Pruden-

venit: 3.) in privilegio illarum Civitatum, quibus jus prohibendi, ne intra certum milliarium spatium Nundine majores instituantur, competit (d). 4.) in constituendo Ausregarum judicio (e). 5.) in definiendo salario Commissariorum, vel Advocatorum, secundum milliarium numerum sæpe solvendo (f) 6.) in controversiis juris venandi, ad certum milliarium tractum

H

con-

Prudentum Saxonorum interpretatione, ad milliare adstrictum fuisse videtur. Ita enim SCABINI LIPSIENSES in Sentent. in fin. des Weichbildes sub rubr. Ob Edelleute auff ihren Lehen-Gütern mögen Bier brauen, und ausschenden lassen. fol. 114. daß die Erbare Mannschafft (i. e. Ritterschafft) sonderlich in der Meilweges des Weichbildes zu N. Bier zu brauen, und das durch sich oder ihre Krüger ihren Leuten, oder andern Kretschmaren, bey Fassen oder Kandeln zu verkaufen &c. gar nicht Fug noch Recht haben. v. MARSM. Epist. Dedic. de Jure Civitatum Saxon. Milliario. Sed hodie ex Sanctionibus Electoralibus, Rescripto inprimis D. JOH. GEORGII. I. d. 9. Jul. 1653. quod extat in Corp. Jur. Sax. p. 1105. patet, Jus prohibendi milliarii spatio non esse circumscriptum, v. Per-Ilustr. Dn. de BERGER. El. Proc. Poss. §. 13. Supplem. ad El. D. F. P. II. p. 478. Oec. Jur. §. 11. ibique not. 2. (2) jus prohibendi, officii, in civitate constitutis, intra quartam milliarii partem, competens, adversus eos, qui vicus & pagos inhabitant. v. ERNESTI El.

& ALBERTI, D. Sax. Landes-Ordin. d. a. 1482. §. Es soll auch niemands. p. 10. Corp. J. Sax. Add. Per-Ilustr. Dn. de BERGER. Oec. Jur. l. c. MARSM. l. c.

(d) Quali gaudent Lipsiensis ex indulgentia FRIDERICI III. MAXIMILIANI I. & CAROLI V. ne scil. intra quindecim milliaria Jus Stappalz vel Nundinarum solemnium ulli civitati concedatur v. SCHNEIDERI Chron. Lipsi. ensis p. 352. seqq. MULLER Anal. Sax. ad a. 1507.

(e) Dum secundum Ordin. Cam. Spir. d. a. 1555. P. II. Tit. 3. & 5. Princeps in Ausregarium Judicem eligendus ultra 12. milliaria a reo vel actore remotus esse non debet: quod de milliariibus Germaniæ mediocribus, 5000. passus continentibus, accipiunt Juris Cameralis periti. Add. MARSM. Mil. C. IV. n. 9.

(f) Ita Advocati, Doctoris aut Licentiatii gradu insigniti, ubi ad locum Judicii peregre proficiscendum est, pro singulis milliariibus Imperialem, gradu vero destituti tantum 15. grossos, in Saxonia nostra capiunt. v. TORG. Ziuschreib. d. a. 1588. Tit. Von Advocaten. (3)

concessi (g): 7.) in exigenda *Accisa cerevisiaria*, ad quam in Saxonia etiam pagi, intra quartam milliarii partem ab urbe fiti, obstringuntur. Denique 8.) non ultimus hujus rei usus in eo cernitur, quod *Postæ Imperiales* atque *Territoriales*, æque ac *Tabellarii*, nec non *Aurige*, juxta milliarium numerum, suam pro personis, aut literis, aliisque rebus, de loco in locum transferendis, capiant *mercedem*: quo circa ne lites oriantur, omnino expedit, certam milliarium extare mensuram.

§. XV.

Nonnisi Imperantis esse, mensuram Milliarii de finire.

Jus autem definiendi Milliaria jure meritoque inter Regalia summæ Potestatis jura refertur, atque ex Legislatoria fluit Potestate, quæ omnibus rebus ac negotiis in Rep. obviis certum modum ac ordinem præscribere, certosque limites statuere valet; unde adeo, si in Imperio nostro R. G. Milliaria per univrsum Imperium describenda sint, atque æqualitas in iisdem dimetiendis per omnia Territoria observanda: nonnisi Imperatoris auctoritate consensuque Statuum Imp. Comitiali illud fieri poterit. Nec tamen dubium est, quin etiam quilibet Princeps aut Status Imp. in suo Territorio, Milliarium spatia, vi Superioritatis Territorialis, determinare possit. Licet enim ars mensurandi ad Mathesin, speciatim Geometriam vel Geo-

(g) v. CARPZ, *Jprud. For. P. IV. C. ult. def. ult.*

(h) v. *Accise-Ordn. d. a. 1717. in Amverck. und Erlaut. Cap. 1. n. 19. Add. Rescript. ex Sup. Acc. Coll. d. a.*

1706. verb. Und wenn selbige in Dorffschafften) würcklich außer der Bierthel Meile befindlich, sie mit Abgabe der Bier Accise gestaltten Sachen noch verziehen lassen.

Geographiam, pertineat : tamen ut mensuræ rerum in Rep. legalem obtineant vim & auctoritatem, non certe sufficit Mathematicorum sententia, quæ interdum quoque variat, sed Imperantis auctoritate opus est. Quemadmodum enim jus & potestas statuendi de mensuris & ponderibus dependet a Regali Majestate; & in Imperio nostro vel ad jura Comitialia pertinet, ubi politia universi Imperii est definienda, vel ad Territorialia, ubi intra Territorium finiri debet: (a) ita idem in mensurandis miliaribus est statuendum. Non secus ac circa temporum mensuram constituendam obtinet. Quamvis enim doctrina de temporibus & annis, secundum Solis aut Lunæ cursum mensurandis, ad Astronomos pertineat : tamen ut in Rep. certum temporis spatium pro mense, atque certus mensium numerus pro anno observetur, ut feriæ certæ constituantur, atque certi dies utiles vel continui in negotiis civilibus numerentur, hoc sane a Principis pendet arbitrio ac potestate. (b) Pari ratione, ut certum spatium in Rep. pro milliari habeatur, hoc nonnisi Princeps definit, sive is, penes quem est Majestas: Id quod non solum Reges Bohemæ, PRIMISLAUS, OTTOCARUS, & FERDINANDUS I. Imperator (c), sed etiam Tres AUGUSTI, (d) Romanorum & Saxonum Principes,

H 2

illu-

XV. (a) Vid. MYLER. AB EH. RENBACH, in *Metrolog.* Cap. I. 2.3. & 13.

(b) Exemplo ROMULI, NUMÆ POMPIII, PONTIFICUM, JULII CÆSARIS, qui temporum definien-

dorum curam apud Romanos susceperunt. v. MARSM. *Mil. c. VII. n. 10.*

(c) v. supra §. XII, lit. (b) & §. XIII. lit. (b.)

(d) Tres memorari merentur AUGUSTI, qui de *Viis & Miliaribus* præ-

illustribus exemplis comprobarunt. Cæterum ubi Imperantis auspiciis, vel per legem, vel per consuetudinem, certa Milliarium mensura constituta est: etiam Commissariorum, vel Judicis, auctoritate eorum dimensio per vias & agros, Agrimensorum juratorum ope, citatis etiam illis, quorum interest, suscipi ac perfici potest.

§. XVI.

*Dicta ad
Statuas
Columnas-
que nostras
applican-
tur.*

Ex dictis liquet, tum quanta sit Imperantis circa publicas res, viasque potestas, tum quousque subditorum, aut aliorum, circa earundem usum sese extendat libertas. Quæ adeo circa STATUAS quoque MERCURIALES, COLUMNASVE MILLIARES, quantum indoles earum admittit, locum habebunt. Cum enim rebus publicis eas accensendas esse, superius demonstratum sit, nullum est dubium, quin eadem in *dominio* sint *Reip.* five *Principis*; neque adeo privatis quidquam juris, nisi permissu Principis, in eas competat. Neque etiam dubitandum, quin eadem ex eo genere publicarum rerum sint, quarum *usus* singulis est *communis*: Id quod ex fine earum intelligitur; dum propterea in viis publicis constituuntur, ut omnibus iter facientibus viam atque distantiam ejusque loci ostendant. Qui adeo usus non ad *subditos* tantum, sed etiam *exteros*, per Territorium, ubi posita sunt, proficiscen-

præclare meruerunt: AUGUSTUS Romanorum Princeps, qui Viarum Curator constitutus, Milliarium aureum posuit, ut supra notatum: AUGUSTUS I. Saxonum Princeps & Elector, qui, Milliarium mensura constituta, terras Saxonicas dimetiendas cu-

ravit: Denique AUGUSTUS II. Rex & Princeps Elector noster longe clementissimus, qui, & viarum cura habita, & cum primis Columnis Milliaribus positis, Milliariumque mensura definita, *utrumque* AUGUSTUM superavit.

XVII.

ficifcentes, porrigitur. Liberrimum quoque earundem usum esse, patet, quousque nullum hoc nomine onus per vias publicas migrantibus, atque commodis earum fruentibus, impositum est; quod ut fiat, si non juris, saltem prudentiæ regulæ vix admittent.

§. XVII.

Usum vero Columnarum hujusmodi esse insignem atque multiplicem, quilibet prudens facile perspiciet. Primum quidem negari nequit, non solum gloriam Imperantis, cujus auspiciis ponuntur, illustribus hujusmodi monumentis mirifice illustrari, ac immortalem reddi, sed & Provinciarum splendorem his viarum ornamentis, quæ omnium iter facientium oculos in se convertunt, maxime augeri. At nec comoda sunt exigua, quæ inde ad universam Remp. omnesque & singulos, non solum in itineribus, sed etiam aliis negotiis civilibus, versantes redundant. Omnium maximus & facile præcipuus est *usus, quem in designandis miliaribus præstant.* Horum enim mensuram, publica auctoritate definitam, non solum exhibent Columnæ milliares, sed etiam eandem terrarum viarumque spatii applicatam, tanquam signa & documenta publica, demonstrant: ut adeo harum beneficio multas molestias ac sumtuosis Miliarium mensurationibus, quæ in variis causis sæpe necessariae sunt, superfedere queamus. Quo circa palam est, omnem illum usum, quem ex certa & definita miliarium mensura in Remp. redundare, ac in variis negotiis civilibus sese exercere, supra docuimus, ex Columnis miliaribus eo magis expectandum, huc recurrere. Denique præter ornatum ac pulchritudinem,

*Ufus earum
multiplex.*

diem, quam viis conciliant, nec non commoda, quæ inde proveniunt; tædium quoque viatoribus ex itineris longitudine enatum, levant ac minuunt; cum valde fessos juvet ac soletur, nosse, quantum viæ confecerint, quantum restet, quod ipsum novam quasi iisdem reddit alacritatem. (a)

§. XVIII.

Jura Principis circa Statuas Columnasve tales constituendas, atque usum earum definiendum.

Cum autem Principi potestas competat, omnia ista agendi, quæ ad commoda Reip. promovenda faciant; manifestum est, *Jus constituendi Statuas Mercuriales Columnasve Milliares, usumque earum definiendi*, Principem rectissime exercere: tum quod, ob insignem earum utilitatem Principi fatis ad hoc Jus exercendum causæ sit; tum quod necessaria sæpe vis compellendi eos, qui utilissimo instituto renituntur, non nisi ab eo, qui imperio pollet, cum effectu exerceri queat. Quod si forma Reip. talis sit, ut Potestas Imperantis adstringatur auctoritati *ORDINUM PROVINCIALIUM*: rationis est, nec horum consilium, consensumve negligere (a) præsertim cum hujus-

XVII, (a) Ut de Lapidum Romanorum usu judicat *QUINTIL. L. 4. Cap. ult. Add. G. PANCIROLL. Mem. nov. rep. P. II. XVI. p. m. 668.*

XVIII, (a) Quod & factum a Potentissimo REGE & ELECTORE nostro; qui licet jam A. 1721 d. I. Nov. prævio *Mandato Generali*, General-Berordnung e Regimine Electorali emissio, placitum de statuendis Columnis ejusmodi lapideis declarasset; ta-

men mox anno sequenti in *Comitiis Provincialibus*, communicato cum *ORDINIBUS* consilio, ut horum quoque consensum impetraret, nihil fecit reliqui; uti videre licuit ex Decreto, sive Resolution Vor die Landstände den Beitrag zu den Wege-Säulen betref. & *Mandato* d. a. 1722. d. 24. Jul. verb. Ob uns zwar wohl erinnerlich, welchergestalt dieses, zu dem gangen Landes besien, und zu eines jeden, ins besondere, erspriesslichen Nutzen

jusmodi columnæ impensas requirant, in quarum subsidium & Ordines Provinciales ac subditi vocandi sint. Postquam vero eum in modum, quem cujusque Reip. forma exigit, decretæ sunt, Principis est, per Mandata (b) earundem collocationem singulis & univervis Landfassiis aut Subditis, Præfectisque suis, injungere, officiales quoque, velut, *Commissarios*, constituere, qui Mandata exsequantur. (c)

§. XIX.

Quemadmodum porro *Landfassi* & *Subditi* omnibus iis, quæ ad Reip. utilitatem a Principe decreta atque man-

Obligatio Landfassarum, Vasallorum ac subditorum circa Constitutionem earum.

ken' und Bequemlichkeit gereichendes Werck von E. getreuen Landschaft, in letzt-abgewichener allgemeinen Landes-Versammlung, anfänglich nicht erkannt, und daher von ihnen die Segung dieser steinernen Post-Säulen in Unterthänigkeit depreciret werden wollen, So hat jedoch nach hierüber beschehenen anderweiligen Vorstellung, und, da Wir denjenigen Gerichts-Obrikeiten, welche es zu Unsern gnädigsten Gefallen, nicht auff ihre eigene Kosten thun wollen, ihre Unterthanen darunter zur Mittelbarkeit zu ziehen, oder auch einen Beytrag aus der Gemeinde Einkommen, wo, sich dergleichen findet, zu veranlassen freygegeben, E. getreue Landschaft in unterthänigster Devotion sich hierzu willig erkläret.

(b) Quale est modo allegatum Mandatum d. A. 1722, ibi: Allermaßen wir nun diese gemein nützliche Sa-

che, sonder eingigen ferneren Anstand, beschleuniget, und zum durchgängigen Effect gebracht wissen wollen; Als haben Wir diese unsere gnädigste und ernste Willens-Meinung durch gegenwärtiges Mandat bekannt machen, und daß die Segung derer steinernen Post-Säulen wie solche bereits, laut obangezogener General-Berordnung, vom letztabgewichenen Jahre, nach unsers Land- und Gränz-Commissarii Zurners Angeben, zu setzen gemessenst anbefohlen worden, ohne weiteren Anstand bewerkstelliget, und sich hierunter nicht saumseelig noch weniger aber wiederseelig erzeiget werden möge, und solle, zugleich mit anbefehlen wollen.

(c) Quali Decreto Commissoriali e Consilio Regis Sanctiori instructus est Dn. ADAMUS FRIDERICUS ZURNERUS d. d. Dresd, d. 14. Nov. 1722.

data sunt, morem gerere tenentur : ita nullum est dubium, quin iidem etiam, ad ea, quæ ex Decreto & Mandato Principis ad Statuas Columnasve hujusmodi in viis publicis collocandas ab illis exiguntur, præstanda obstringantur. Res enim est, quæ ad communem spectat utilitatem, atque ad singulorum commoda vergit : præsertim cum hujusmodi Columnarum beneficio multa incommoda, sumtus, lites, quæ ex milliarium incertitudine sæpe oboriuntur, evitari queant. Hinc, ubi Fiscus impensis hoc nomine faciendis non sufficit, hoc onus omnino Landsässliis & Subditis incumbit, ut & *pecuniam* & *operas* conferant necessarias (a) : modo distributio pro ratione facultatum cujusque ita fiat, uti æquitas, & æqualitas inter

XIX. (a) Ita primum in *Mandato Regio* d. A. 1721, impensæ Columnarum ipsis Dominis jurisdictionalibus, quos vocant, injunctæ fuerant, verb. auff eure, als des Orts Obrigkeit, auff dessen Grund und Boden sie zu stehen kommen, Unkosten fertigen und auffrichten lassen. Sed postea iisdem, ex Decreto Regio, etiam subditos suos in subsidium vocare, permissum est; uti liquet ex *Mand.* d. A. 1722, d. d. Dresden d. 24. Jul. Worbey Wir jedoch geschehen lassen können, daß die Gerichts-Obrigkeiten, im Fall sie zu Unsern gnädigsten Gefallen, die steinerne Post-Säulen nicht auff ihre eigene Kosten anschaffen und setzen lassen wolten, ihre Unterthanen zwar hierunter zur

Mittelenheit ziehen lassen. etc. Imo nec Fiscum suum, & subditos præstaturarum suarum, exemptos ab hoc onere voluit Sereniss. REX & ELECTOR nolite: uti patet ex *Mandato Reg.* quod d. 29. Mart. A. 1722. *Camelale Coll.* emisit, verb. Als wird allen und jeden Beamten, denen dieses vorgezeigt wird, hierdurch ernstlich anfohlen, nicht allein die zu obiger Säulen-Setzung benöthigte Kosten unter die ihnen anvertraute Amts-Unterthanen so fort, und wie bereits vorhin angeordnet worden, zu repariren &c. Was aber zu denen Säulen, die Ihre Königl. Maj. eignen Grund und Boden betreffen, an Gelde erfordert wird, von Amts-Einkünften zu bezahlen. etc.

(b) Distri-

ter subditos, qua licet, servanda, postulat. (b) Sed nec dubitandum, quin immorigeri etiam arctioribus ac fortioribus remediis ad officium reduci, atque ad præstanda adigi possint. (c)

§. XX.

Quod reliquum est, licet Statuæ Columnæ nostræ rebus *Sanctis* in sensu juris Romani annumerari nequeant, quamdiu capitalis pœnæ sanctione adversus injuriam hominum non sunt munitæ, aut ob religionem sacri quid illis inhærere non creditur (a): Tamen nullum est dubium, quin eadem sanctæ & inviolabiles in sensu vulgari sint dicendæ. Neutiquam enim, res publicas, publica Principis auctoritate, ad publicam utilitatem, positas,

*Eadem quo
sensu san-
ctæ & in-
violabiles
sunt :*

I

im-

(b) Distributio impensarum, ad ponendas Columnas Saxonicas, conferendarum, secundum *Hubas*, quas vocant, facta, ita quidem, ut pro singulis hubis, nonnisi aliquot grossi sint folvendi: uti intelligitur partim ex *Rescripto Collegii Cameralis* d. d. 24. Febr. A. 1722. ad Commissarium Dn. ZURNERUM dato, verb. Und die darauff erforderte præstanda auff die darinnen befindliche sämtliche Unterthanen nach denen Hufen pro rata repartiret werden sollen &c. partim ex Dn. ZURNERI literis, vigore Commissionis ad Landstafios & Præfectos datis, d. d. 29. Mart. 1722. verb. in denen meisten Elementen einer Hufe es wenige Groschen

teiff.
(c) Uti factum in Mandatis Regiis d. d. 24. Jul. A. 1722. verb. Ubrigens werden auch hiermit Unsere sämtliche Beamte auff's nachdrücklichste vernarnet, und alles Ernstes bedeutet, das dissals anbefohlene ungesäumt zu expe-

diren, und dasjenige, was zu desto ehrender Bewerckstelligung des Wercks erforderlich, bey der, auff die sämigen Executores gesetzten Straffen unverweilet ins Werk zu richten. &c. it. d. d. 29. Mart. Anno, 1722. verb. Und dasjenige, so auff eines jeden Antheil komt, bey verspürender Renitzenz durch würcklicher Ausspändung einzubringen.

XX. (a) Romanis muri urbis sancti habebantur, seu religione Dei tutelaris, cui dedicatæ erant, quemque solenni carmine ante oppugnationem urbis evocare solebant, muniti. Hinc pœna capitalis constituta est in eos, qui in muros aliquid deliquerint: Scil. ob sacrilegii crimen, quo Sanctitatem, muris ex dedicatione inherentem, violari credebant. *§. I. de R. D.* ibique Dn. BOEHMER not. (i) (k) Add. HUBER *Prælect.* h. l. it. VINN. h.

(b)

Delicta circa eas commissiva, & borum poena.


impune violari, fas est. Néc certe dubitandum, quin violatio earum sit *delictum*, pro re nata etiam speciali inquisitione (*b*), ac graviori animadversione (*c*), dignum. Quamvis *poena*, quamdiu a Principe nulla est determinata, arbitraria sit futura, in multa, carcere, relegatione, etiam perpetua, vel graviori, constituta (*d*): Prout scilicet delicti gravitas ex variis circumstantiis, malitia animi, damni illati magnitudine, contumelia etiam in ipsum Principem, cujus nomen & insignia praferunt, redundante, elucet. Sed hæc Deus avertat, atque Republicam inprimis nostram adversus injurias internas & externas benignissime tueatur! Eidem pro praestito auxilio sit laus, honor & gloria!

(*b*) Cum Athenis una nocte tantum non omnes Statuae Mercuriales essent dejectæ: hoc facinus tanti momenti visum fuit, ut auctores, magnis præmiis pro indicio publice propositis, quaererentur v. THUCYD. *Hist. L. VI. p. 430.* CORN. NEP. *Alcib. C. III. n. 2.* JOH. NICOL. *de Herm. C. X. §. 12.*

(*c*) Adjuncta etiam Mandato Regio d. d. 24. Jul. 1722. Sanctio pœnalis, quamvis certa pœna non sit expressa, verb. Damit auch mehrerwehnte steinerne Post-Säulen um so vielmehr in unverkehrten Stande bleiben mögen, so wird hiermit jedermänniglich untersaget, und außschärfste verboten, an nur besagten Post-Säulen, bey Vermeidung exemplarischer und unausbleiblicher Straffe, sich weder vorzüglichlicher Weise zu vergreifen, und selbige zu deformiren, noch auch durch unvorsichtiges

Fahren oder stossen oder sonst in andere Wege sie zu beschädigen und zu ruiniren.

(*d*) Forte argumentum hic duci posset a limitum publicorum violatione, quæ apud Romanos, ex *L. Agraria* JUL. CÆSARIS, 50. aureis in publicum conferendis *L. fin. ff. de Term. mor. ex D. ADRIANI* rescripto, pœna corporis coercebatur *L. 2. ff. eod. Tit. Gothi, Wiliigothi, Longobardi, Saxones*, pœnam pecuniariam (30. Schilling) servarunt *Land. X. L. II. art. 28. SCHILT. Ex. XX. §. 30.* Jure *Carolino* crimini huic statuta est pœna arbitraria, *art. 114. verb.* Nach Gefährlichkeit, Größe, Gestalt und Gelegenheit der Sache und Person nach Recht gestrafft werden. Testatur COLERUS *Decis. 145. n. 9. se vidisset eum, qui scienter terminos finales evulserat, relegatione aliquot annorum punitum fuisse.*





171649

ULB Halle
004 917 219

3



nc







Q. D. B. V.
EXERCITATIO JURIDICA
DE

JURE STATUARUM MERCURIALIUM

^{AC}
COLUMNARUM MILLIARIUM

Vom Recht

Der
Kost = und Mege = Säulen

QVAM

CONSENTIENTE
MAGNIFICO JURISCONSULTORVM ORDINE
IN ACADEMIA VITENBERGENSI
PRAESIDE

DIETER. HERM. KEMMERICHIO
J. V. D. JURIS NATURÆ ET GENTIUM PROFESSORE
PVBLICO ORDINARIO, ET COLLEG. JURID.
ASSESSORE

PATRONO SVO OBSERVANTISSIME COLENDO
AD D. JANVAR. clō Icc cxxiii.

IN AUDITORIO JURIDICO
PVBLICO ERVDITORVM SVMMITET EXAMINI
AVCTOR RESPONSVRVS

CAROLVS CHRISTIANVS SCHRAMMIVS
DRESENA - MISNIC.

WITTENBERGAE, LITERIS VIDVÆ GERDESIAE.